

ORIGINUM
BIPONTINARUM
PARS I

IN QUA NON SOLUM RES BIPONTINAE MEDII Aevi
SED ET ALIA SCITU DIGNA AD VETEREM
FRANCIAE RHENANAE WESTRASIAE
ET LOTHARINGIAE HISTORIAM PERTINENTIA
SUO ORDINE EXPLICANTUR

AUCTOR
GEORGIUS CHRISTIANUS CROLLIUS, FILIUS,
SERENISSIMI DUCIS BIP. A BIBLIOTHECA ET GYMN. ILL. PROF.
ACAD. ELECT. BOICAE SOCIUS ET SOCIETATIS LITTER.
DUISBURG. COLLEGA.

BIPONTI, TYPIS PETRI HALLANZY
MDCCLXI,

GRATIA

DEI

16

IN

...

...

...

...

...

...

...


...

...

SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO
CHRISTIANO IIII
COMITI PALATINO AD RHENUM
DUCI BAVARIAE
COMITI VELDENTIAE SPONHEMII ET RUPIS RABOLDI
DYNASTAE IN HOHENACK &c.
PRINCIPI AC DOMINO
MEO INDULGENTISSIMO

SERENISSIME DUX,

PRINCEPS AC DOMINE INDULGENTISSIME,

 *quamquam ad eos, quos DEUS in summo rerum humanarum fastigio posuit, temere accedere haud liceat, facit tamen vel sola pietas, quo vocabulo antiquitas sanctissima quaeque officia erga parentes, benefactores, patriam Numenque ipsum comprehensa voluit, ut verecunde & ingenue ad eos iure quodam adeamus, iisque nos nostraque omnia consecremus. Atque eadem pridem excitatus nequeo mihi amplius temperare, quo minus viam ad TE, PRINCEPS SERENISSIME, affectare audeam. Recordor scilicet venerabundus aequae ac gratissimus, quanta liberalitate in patrem, cuius commoda mea sunt*

sunt, usus sis, quanta munificentia me
ipsum, quum in Academiis bonas artes
colerem, sustentaveris, dein reversum
muneribus annisque ornaveris, quam
propitia voluntate mihi historiam pa-
triam illustrare gestiendi aditum in ta-
bularium TUUM dederis. Quae omnia
caeteraque mea si mecum reputo, nihil
in iis exstare video, quod non abs TE,
PRINCEPS INDULGENTISSIME,
profectum sit. Quid igitur magis decet,
quam ut ea, quae a TE accepi, quodam
modo ita redeant, ut simul publicum
pietatis summae adversus Patriae Pa-
trem & venerationis erga excellentissi-
mum **PRINCIPEM** existant documen-
tum. Optarem quidem, ut illustrius quod-
dam atque TUIS oculis magis dignum
opus offerre liceret: sed ea tamen est
huius libelli materia, quae tota ad decus
di-

ditionis *TUAE* ornamentumque patriae
pertineat, adeo ut is haud prorsus indignus
esse videatur, quem *AUGUSTO NO-*
MINE TUO inscribam. Quod si vero has
qualescunque primitias haud aspernatus
fueris, efficies certe, ut maiora coner, pa-
rique studio ad historiam Palatinam uni-
versam in meliori lumine collocandam
adgrediar. Quod superest, a Deo *O. M.*
precor, ut *TE*, Imperii Germanici colu-
men & ornamentum Gentis Palatinae
Augustae, hoc ipso die, quo haec scribo,
natali *TUO*, omnibus *TIBI* parentibus
tam salutari, vitam omni ex parte bea-
tam deintegro auspiciari iubeat.

SERENISSIMO NOMINI TUO

Scribebam d. VI. Sept.
an. dclcccxi.

devotus
Georgius Christianus Crollius.



ORIGINES BIPONTINAE.

Quum specimen primum Genealogiae veterum Comitum Geminipontis historico-diplomaticae, in quo speciatim illorum cum Comitibus Saraepontanis cognationem demonstrare conatus sum, cum ob instituti novitatem, tum quem in collustranda patriae historia usum habet, in quorundam, quorum adprobatione nullum mihi ad praeclara & utilia quaevis suscipienda incitamentum maius esse debet, gratiam inductum esse viderim; hanc iam meliori iure aucupaturus ad ampliorem & uberiolem generis antiquitate, origine celsa, & terrarum amplitudine plures alias familias illustres superantis lustrationem progredior. Tanta enim mihi felicitate uti licuit, ut, quum rivulorum siccitatem consecrari peractum esset, studiaque, quae perennia in historia patria ponere mihi animus est, Viris summis, rei publicae Bipontinae fulcris, dignitatis splendore & meritorum honore illustribus, significarem, ipsa illorum commendatione effectum sit, ut Serenissimus Princeps, summus atque sapientissimus felicitatis publicae moderator, facultatem mihi ex fontibus, quorum copiam Tabularium Bipontinum suppeditat, hauriendi dederit.

A

Prae-

Praecipuum inter illos tenet locum Chartularium Hornbacense plusquam octoginta Imperatorum, Regum, Pontificum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Principum, Dynastarum, Comitum, aliorumque inferioris ordinis hominum complectens, pulchre satis in membrana descriptum, quod hunc titulum prae se fert: *Renovatio privilegiorum ecclesiae Hornbacensis facta sub Abbate Iohanne Danckbard. An. c. lxxxxxxx.* Accesserunt ad usus meos, praeter hoc antiquissimum Abbatiae Hornbacensis omnisque historiae Bipontinae monumentum, ex singulari prorsus Viri illustris, Tabulario praefecti, *Iohannis Henrici Bachmann*, Serenissimo Principi a Consiliis Regiminis, in me liberalitate, alia literarum veterum Hornbacensium & Wernerivillanarum volumina, quae vulgo Registraturam Coenobii vocant. Quum igitur ex hisce ea, quae ad Genealogiam Dominorum huius regionis, Comitumque haereditariorum facere visa sunt, excerpere mihi licuit, institutum meum iam pro rerum copia persequi, meum esse duco; quod quale sit, capite sequenti brevibus explicabo.

Prolusio,

Qua de conditoribus stemmatis Saraepontani quaedam narrantur, & opinione, LUDOLFFIANA, de regionis huius cisrhenanae erga Reges & Lotharingiae Duces habitu, proposita, instituti nostri ratio explicatur.

Laudavimus iam saepius in specimine I Duumvros, *Anselmum*, historiae Genealogicae & Chronologicae familiae
Re-

Regiae francicae scriptorem apud Gallos celeberrimum *a*), & G. Ch. *Ioannidem*, omnis historiae Germanicae atque in primis patriae scientissimum, *b*) qui iam ante nos stemma Saraepontanum optime quidem inchoarunt, at neque prorsus persecuti sunt, neque illius cum Bipontino coniunctionem odorati sunt. Innotuerunt nobis dein praeter illos bini, qui me adhuc latuerant, *Ge. scilicet Melchior de Ludolff*, Camerae Imperialis Assessor, doctrinae civilis laude praecellentissimus, & *Carolus Fridericus Schoepfius*, Marcgraviis Brandenburgensibus a consiliis aulicis; quorum ille consultationem & decisionem de Monasterii Wadgassensis Ordinis Praemonstratensium statu iuribusque Dd. Comitum Nassovia in Saarbruck satis amplam historico-iuridicam & diplomatibus, ex quibus schema generis Saraepontani deduxit, munitam in Symphorema 1. Consultationum & decisionum forensium intulit *c*); hic vero peculiarem Commentationem germanico idiomate scriptam de origine & genere Comitum Saraepontis publici iuris fecit *d*). Quid uterque praestiterit, videant harum rerum intelligentes. Stirpem quidem generis Saraepontani eandem nobiscum facit *Ludolffus*, *Sigebertum* scilicet, quem circa a. 1080 vixisse ex diplomate *Henrici IV* Imperatoris, quo illi villam *Wadego-*

A 2

zin-

- a*) Cuius libri edit. recogn. prodiit Parisiis 1712. ubi vide Tom. II. p. 1325.
b) In *scriptt. Mogunt. T. I. p. 533. App. prior. Pavei hist. Pal. p. 433.* quam vero nonnisi ex *Anselmii* libro in sua derivatam tabulam correctiorem denuo exhibuit in *Curis posterioribus in Pavei hist. pal. vide Miscella hist. pal. p. 244.*
c) Quod Francofurti prodiit 1731. vide consult. XLVI. p. 1429--1568.
d) Legitur in Sam. Wilh. *Oetteri* collectione, quae inscribitur: *Historische Bibliothek, 2ter Theil. Nürnberg. 1753. p. 97--104.*

zingen donavit, indicavimus e); dein tamen apparatus suum, ad Comitum veterum Saraepontanorum familiam illustrandam facientem, ab uberiori copia recedere videns, sic de eodem pronunciat: *Antiquior notitia familiae Comitum Saraepontanorum deficit. Omnis opera, quam impendi ad eam habendam, frustranea fuit; Neque in Archivis Nassovicis superesse documenta a iunt. Ego interim ex diplomatibus in actis monasterii Wadgassen occurrentibus construxi schema genealogicum qualecumque, licet imperfectum, annorum ordine observato. Si quis aliud subministraverit perfectius, ei habeo gratias f).* Abest certe illud tantum a perfectione eius, quod *Anselmius & Ioannis*, ne de nostro quoque dicam, iam ante condiderunt, ut cum iis conferri pudeat. Alter isque recentior, qui Comitum Saraepontanorum origines retegere studuit, Vir amplissimus, *Schoepflus*, de instituto suo his verbis sibi gratulatur: *Wir wollen also sehen, ob wir nach seinem (Ludolffi) Tod diesen Dank bey der gelehrten Welt verdienen, oder nicht.* Sed quod cum pace Viri doctissimi dixerim, parum accommodata est terrarum nostrarum historiae, quam in supplementum schematis Ludolffiani adduxit derivationem Comitum Saraepontis a Comitibus Aventini montis in Bavaria g) minusque cohaerenter & aperte

e) Quod in spec. l. not. v. iam notavimus inveniri apud *Hontbemiun* ad h. a. & *Anselmium* l. c. Adde iam Ven. *Calmeti* hist. Loth. T. III. probatt. p. XXVIII, & T. V. p. CXXVII, *Ludolffum* l. c. p. 1432. &c.

f) Vid. l. c. p. 1480 -- 1481.

g) Profectos ille esse vult Comites Saraepontanos ex Comitibus *Aventini montis, Avensperg*, gente bavarica, ex Comitibus *Schirensibus oriunda, & quidem Aribone seu Erbone, Babonis* illius

te institutum suum persecutus est; tantum abest, ut huius generis origines in veritatis lucem protulerit. Neque vero,

illius filio, quem Ratisbonae Henrico S. Imperatori 32. filios obtulisse, scriptores narrant, & imprimis *Aventinus* L. V. Annal. Boic. p. 514. edit. Ingolst. 1554. Testantur iidem Caesarem singulis *Babonis* filiis beneficia & feuda Imperii concessisse. Idem certe *Aventinus* addit: *Universos paulatim praefecturis, praediis stipendiariis, castellis, parrochiis collocupletavit. Unde plerosque nobilium Narischorum, Vindelicorum, Noricorum, Chavionum, Boiorum, Francorum, RHENENSIUM genus trahere, auctores sunt.* Hisce igitur operam navavit doct. *Schoepfius* in *larva* 32. filiis *Babonis* vulgo dictis ex antiquitatis historiae Germanicae monumentis, detracta; ubi haec in fine mihi habere tantum dicitur: „ haec pro ratione instituti pro hac vice sufficiant, in altera vero „ disquisitione de Comitibus Saraepontanis & Habsburgicis, tan „ quam Comitibus Aventini montis, latius disseremus „. Nulla vero alia mihi ea de re percontanti occurrit, nisi quod supra iam laudavimus inveniri schediasma germanicum in *Oetteri* biblioth. Hist. T. II. p. 97-104. licet ipse in libro eruditissimo: *Nordgau Ostfränkische Staats-Geschichte* 2c. p. 208. de se professus sit: *Ich habe in der Larva 32. filiis Babonis &c. gesehen, daß die Gräfliche Nachkommenschaft des Erbonis oder Aribonis der zweifels ohne der Vaters, Bruder Adalberonis, Bischöffen zu Würzburg ist, die alte Graven von Zwey, und Saarbrücken gewesen.* Quicquid eius sit, *Erbonem* (*Babonis* filium) stirpem facit generis Saraepontani in eiusdem schemate l. c. *Erbo* vero five *Aribo* Dynastae in *Burgbausen* nomine clarus binos genuit filios, quorum natu maior *Hartwig* eiusque filii *Erbo* & *Bodo* Comites Palatini in Bavaria fuisse traduntur, minor vero *Sigebardus* de *Scala* & *Burgbausen* filium & nepotem cognominem reliquit, ne de reliquis eius posteris dicam. Confer hic *Wigulei Hundii* librum prorsus egregium

si ab eius de origine Comitum Saraepontanorum praeiudicata opinione discedas, illam minus antiquam & nobilem esse existimes; quin francicam esse, insignia Comitum veterum Saraepontanorum,

ex diplomatibus aliisque monumentis fide dignis multa diligentia compositum, qui inscribitur: *Bayrisch Stammbuch, der erste Theil*; atque hunc a clar. *Schoepfio* non consultum, saltem in sched. germ. haud allegatum fuisse, valde miramur, quum auctor ille laudatissimus optime & prolixè satis, primum de Comitibus Abenspergensibus p. 1-20. dein de Comitibus in Burgkhausen & Schal p. 40-42. differat. De *Sigebardo* quoque de *Scala* & eius uxore *Sophia* Austriaca, quae ipsi Comitatum de *Scala* in dotem attulerat, vide quoque *Hofmannum in stemmate Babenbergico-Austriaco, Vitembergae an. 1731.* disputato, p. 35. Illustris quoque olim Sueciae Regum in Ducatu Bip. Cancellarius de *Greiffenrantz*, quo historiae & in primis Genealogiae haud facile extitit peritior ullus, in commercio epistolico historico-genealogico, quod *F. C. Moser* inseruit collectioni suae: *Diplomatische und Historische Beustigungen, 2ter Band, Franckfurt 1755.* Ep. XVII. ad Comitem C. L. de *Traun* data p. 299-304. suas de genealogia Abenspergenfi factas observationes communicavit, in quibus 18. filii satores diversarum familiarum occurrunt, & inter illos *Aribo* Comes in Schall & Burgkhausen variarum gentium communis parens fuisse traditur. Sed aliam ingreditur viam vir doct. *Schoepfius*, ac temere satis *Sigebardum* patrem filium ac Nepotem, quos cum posteris Comitatum *Scala, Sala, Schall* in provincia Austriaca situm & Dynastiam de *Burgkhausen* in Bavaria possedisse ex eodem *Hundio* p. 41. discere licet, temere satis cum *Sigeberto I.*, stirpe generis Saraepontani, (erronee *Chronographo Laurishamensi & Helwichio* in *Antiqq. Laurish. Sigebard* vocato) eiusque filio primogenito *Sigeberto II.* & ex hoc nepote *Sigeberto III.* confundit; atque sic, nescio quo duce, invitis certe optimis historicis, *Sigebardum*

rum, Leo scilicet, subindicare videntur, & capite sequenti probabile faciemus *h*). Sapienter credo *Freberus* iam odoratus est, omnes a Francis propagatas gentes & familias ad originem suam denotandam Leones ferre studuisse *i*). Missos iam facio veteres Comites Saraepontanos, & illorum seriem haud interruptam pro copia rerum tum satis perfectam introduxisse in *Spec. 1. Tab. 1.* sufficiat, quam tamen brevi auctiorem, emendatiorem, & ad Nassovicos terrarum Saraepontanarum Dominos continuatam, probationibus munitam, & narratione contextam historica, data occasione in lucem emittemus. Bipontina tantum curare iam mihi animus sit. Atque hic non possum, quin in illustrem *Ludolfum*, qui, cum de superioritatis territorialis in hac regione cisrhenana origine differat, iniurius fere in illius antiquitatem nobis esse videtur, ea qua par est ratione, animadvertam. Omnia argumenta, quibus in consultatione supra laudata superioritatem Nassovicam infringere stu-

dum Abinspergenssem per regiones & regna ex Bavaria huc advolantes facit. Quae in auxilium opinionis suae adduxit, partim plane nihil huc faciunt nihilque probant, partim minus accurate significavit, omnia vero a veris Saraepontanorum originibus aliena, de quibus Cap. sequenti disputabitur.

- b*) Vide sigillum *Iobannis* Comitis de *Sarbrucke* de a. 1344. in *Calmeti* Tom. II. Remarques sur les Sceaux, & planche X. n. CI. quod si conferas cum sigillo *Walrami* Comitis de *geminoponte* d. a. 1344. *ibid.* n. C, similitudo ista insignium haud leve pondus afferret ad certitudinem, quam in demonstranda stirpis utriusque generis coniunctione assecuti nobis esse videmur. Ad manus mihi sunt etiam alia Comitum nostrorum sigilla, quorum copiam opportune facere animus est.
- i*) In *Orig. palat.* p. 71, conf. *Tolneri* hist. pal. p. 365. E.

studuit, firmo ut plurimum nituntur fundamento. At quae pro exemptione omni huius monasterii attulit *k*), tam parum inter se concordant, ut potius ab omni absint veritate. Nescio enim, qua temporum iniuria, aut documentorum veritati inservientium inscitia factum sit, ut monasterium illud iniuste quidem, at feliciter, saeculo XVI. litem Comiti Palatino Bipontino, vero & legitimo suo Advocato ac Domino, intenderit, atque Palatinorum iura a Comitibus Geminipontis in ipsos translata variis artibus perversa sint. Disputabo haec suo loco amplius. Sensit vero *Ludolffus* ipse fundamenti, quo monasterium *l*), cui fortuna amplificata nescio quos spiritus attulit & etiam-

k) Cumulavit ea auctor illustris l. c. p. 1494-1497.

l) Notitiam huius monasterii comparare licet ex *Annal. Praem.* edit. Nanceii. 1736. Tom. III. & probationibus; ex quibus quaedam excerpfit *Calmetus*, Abbas venerabilis, Tom. V. hist. Loth. Additions & corrections p. CXXXV-CXXXVII. Illustris *Ludolffus* eam quoque pro instituti & utilitatis monasterii ratione atque documentorum copia tetigit in consult. supra iam laudata, in qua etiam Aphor. III p. 1486 & 1487 de lite inter Comites Palatinos, Biponti Duces, & Wadegocienses monachos super iure advocatae agitata & a. 1596 finita retulit. Opposita illa est deductioni Nassovicae, quae inscribitur: Genuina ac solida facti species in *Sachen des Closters Wadgassen*, contra *Herrn Graven zu Nassau Saarbrücken &c. mit 91 Beylagen*. Quae coram iudicio Imperii Camerali & Conventu Ratisbonensi hac de lite peracta sunt, vide in collectione *Moserviana*, *Reichsfama T. 1.* seu mensē Martio, a. 1727. n. XIV p. 289-312. *Nassau Saarbrückische Differentien mit dem Praemonstratenser Kloster Wadgassen*; & *T. 1.* seu mensē Maio d. a. n. III p. 453-467. *Schreiben vom Corpore Evangelicorum an Chur-Maynz wegen dem*
von

etiamnum affert, ad stabiliendam suam ab omni superioritate territoriali exemptionem arrogantius abutitur, infirmitatem, & illum Wadegociensis causae patronum magis, quam iudicem, qui saec. XVI iam praeiudicaverat, imitans, uti omnem huius rei cogitationem interverteret, affectata quadam cum rationis temporum antiquiorum & documentorum clarissimorum inscientia incertitudinem in ius publicum saec. XI, XII & XIII inferre studuit. En eius rationes historicas passim paulo contractas:

1. „Rhenensis provincia, olim ad regnum Lotharingi-
„cum pertinens, post divisionem regni Lotharingici in
„superiorem *Mosellanam* & inferiorem accepit, *Ottomum*
„Impp. tempore, Duces peculiare.

2. Comitatus Sarengau situs in Westrasia haud dubie fuit
„pars regni, postea Ducatus Lotharingici. Qui cum per vi-
„cissitudines rerum in varias partes esset divisus, mansit ta-

B

„men

von Nassau Saarbrücken erg. ıffenen Recursu ad Comitata und des-
falls difficultirten Dictatur: item mense Junio d. a. n. X p. 585-
617 epitomen Deductionis Saraepontanae paulo ante laudatae.
Continuatam eandem causam videas in T. III n. XLI, p. 445-
469 von denen Differentien zwischen dem Gräflichen Haus Nassau
Saarbrücken und dem Kloster Wadgassen. Eberhardi Comitis
in Geminoponte ultimi literas, quibus Domini & Advocatiae
huius monasterii partem dimidiam Ruperto palatino venditam ip-
sis Wadegociensibus significat, eosdemque ad idem reverentiae
& subiectionis officium Ruperto palatino praestandum, quo adhuc
sibi suisque obstricti fuerant, adhortatur, datas Biponti anno
1385. vide in *Miscellis* hist. pal. cum maxime Bipontinae, & qui-
dem animadv. in *Tolnerum* spec. 1 p 22. editis a viro doctissimo
G. Ch. Joannide. Superfunt quoque in Archivo Bipontino Acta
processus inter Com. pal. & monasterium Wadgassense ab an. 1536
usque ad 1563 coram Camera Imperii agitati documentis referta.

„men reliqua pars provinciae in potestate Regis Germaniae.
 „Dedit enim Henricus IV Sigeberto, Comiti Sarengalbiae (Sa-
 „rengawe) in proprium villam Wadegozingen in Comitatu ei-
 „us sitam. -- Insigne patrimonium Regium! nisi etiam totum
 „Comitatum cum aliis pluribus Regis fuisse existimes. Tem-
 „pore interregni, cum variis in Ducatibus & Comitatibus he-
 „reditaria possessio inciperet, potentior Dux Lotharingiae ad
 „se traxit etiam Comitatum sibi vicinum Sarengalbiae. In qua
 „si Comites Ius aliquod hereditarium obtinuerunt, necesse ta-
 „men fuit, ut comiter observarent Ducem Lotharingiae.
 „Confirmatur haec mea opinio ex diplomate Lauretae Sarae-
 „pontanae, dato monasterio Wadgassen a. 1267. ipso interregni
 „tempore, in quo dicit, *Ducem Lotharingiae, qui noster in nostra*
 „*nobilitate Dominus est*, & propterea eius sigillo diploma ro-
 „borari fecit.

3. „Officium Comitum ante interregnum consistebat in
 „administrando iure. Tempus interregni fuit a morte Fride-
 „rici III an. 1250.

4. „Possidebant Comites praeter officium etiam allodialia
 „ex liberalitate Imperatorum, hinc successu temporis facti Co-
 „mitatus integri allodiales. De Saraepontano mihi non con-
 „stat. De Sarwerdensi affirmat *Goeddeus* T. IV consil. Marp.
 „37 & scriptum Nassovicum contra ducem Lotharingiae de
 „anno 1664.

5. „Post Henrici IV tempora, multi ex proceribus po-
 „testatem territorii affectarunt quidem, sed instabili successu,
 „ita ut iura Regis non deserint. Comitum vero potestas in
 „Rhenensi provincia ad eam potestatem non adspiravit, nisi
 „ipso interregni tempore & quidem successive. „

Postquam hisce alia illustris auctor addidit, quae minus ad
 rei

rei caput pertinent, vel iam in illis continentur, num. 9. haec habet: „ Cum interim Comitatus Saraepontani proprietatem ac-
 „ quisivissent Comites qualicunque modo, ita ut etiam Gynaeco-
 „ craticum admitterent Imperium & successionem, id quod satis
 „ docent diplomata *Lauretae & Mechtildis* sororum a. 1267 &
 „ 1268: crederem exercuisse monasterium per delegatos aliquid
 „ meri Imperii &c. Haëtenus *Ludolfus*. Propositum vero est
 lucubrationum mearum, quae originibus Comitum Gemini-
 pontis eorumque Comitatus lucem affundere debent, eum si-
 mul facere scopum, ut antiquissimus pagi Blefensis, qui patri-
 us nobis est, & regionis vicinac, ad quam Saragowa pertinet,
 status, harumque terrarum natura ita appareat, ut *Ludolffi* prae-
 iudicata opinio omnino convellatur. Capite igitur I pagum
 Blefensem definiam, & simul quaedam, quae ad Sarensem
 spectant, afferam; II habitum regionis illius erga Reges sub
 variarum gentium Comitibus declarabo; III in Dominos prae-
 diorum in pago Blefensi ac speciatim monasterii Hornbacensis
 ita inquiram, ut familia Augusta Salica ex prima antiquitate
 usque ad eius exitum nova methodo deducatur; IIII statum pa-
 gi Blefensis inde ab Henrici IIII temporibus immutatum ita ex-
 plicabo, ut non solum incunabula Comitatum & Dominio-
 rum, quae inde enata sunt, detegam, sed maxime etiam
 transitum patrimonii Salici, ex quo Comitatus Bipontinus
 ortus est, in familiam Saraepontanam, stirpem Bipontinae,
 indolemque Comitatus huius partim coniciam, partim demon-
 stre. Atque haec quatuor capita primam huius operis par-
 tem absolvent. Succedet dein altera pars, quae Comitum Ge-
 minipontis historiam sistet diplomaticam. Absolvendo sic syste-
 mati historiae veteris & mediae Bipontinae *Originum Bipontina-
 rum* titulum iure impertiri nobis videmur.

Caput I.

De Pago Blesensi.

Qui in generali pagorum Franciae omnis & Germaniae descriptione pagi etiam nostri mentionem fecerunt, *Valesus*, *Paullinius*, *Funckerus* (m), *Besselius* Abbas (n) & *Hontemius* (o), fecerunt id neque copiose satis neque accurate (p). *Blesae* amnis, cuius ille litora legit, fons, dictus *Bliesborn*, mille passus abest a castro *Schauenburg* & averlus est a *Navae* fontibus. Inde exiliens vicum *Blisen* & *fanum S. Wandalini* praetergreditur, *Otvillam* vero & novum *monasterium* interlabitur, dein e regione vici *Wibelskirchen* rivulo *Osterbach* auctus villas *Neunkirchen*, *Welsweiler* & *Bexbacum* inferius praeterfluit, tum *Limbaco* & *Altstadio* disunctis in valle monti *Vernerivillano* adiacente per ambages serpit usque ad vicum *Oenweiler*, ubi *Erbach* fluvii aquis & nomine (q) absorptis *Blesense castellum* versus dirigitur indeque partem praefecturae *Bipontinae*, dictam *der Blieserhof* seu *Schultheiserey*, pertransit, post apud *Bliesbrucken* ponte iungitur, tandem prope oppidum *Sargemünd* fluvio *Sarae* miscetur. Utrique igitur

(m) Hic in Geogr. medii aevi germ. scripta, p. 104, iste in *Com.* de pagis, p. 27, ille in *notitia Galliae* p. 89.

(n) In *Prodr. Chron. Gottwic.* Libro IV de pagis n. LXX, p. 560.

(o) *Hist. Trev. Dipl.* T. 1, *Diff. saec. VII.* §. 8, p. 58 & 59.

(p) Distinguendus scilicet est *Blesensis* noster ab illo ad *Ligerim*, in *Capit. Caroli M.* apud *Baluzium* p. 61. 1q commemorato & a castro olim celeberrimo *Blesensi*, hodie *blois*, capite ditionis *le Blaisois*, insigni. Differt idem ab alio, qui fluviolo *Blaise* in *Matronam* decurrenti nomen debet, & apud *Nitbardum* L. 1, p. 88. edit. *Kuspif.* occurrit; unde tractus hic etiamnum vocatur *le Blaisois*, cf. *Sansonii* mappam agri *Tullenis*.

(q) cf. infra p. 32. not. lin. 3. 1q.

igitur ripae adiacens regio appellata fuit veteribus pagus *Bliesensis*, *Blesensis*, *Blesinsis*, *Plesinse*, *Blesiacus*, *Blisacensis*, *Blesitchowa*, *Blisichgow*, *Blischowe*, *Bliesengawe*, *Bliesgau*. Pagi huius mentionem iam a. DCCLXXVII. facit *Fulradus* Alsatienfis, Abbas S. Dionysii, in testamento apud Haristalium facto r), atque illum vocat pagum *Blesinse*. Occurrit dein pluribus in veteribus chartis, quas mox excitabimus. Inprimis vero memorabilis est eius recensio in divisione regni Lotharingici an. DCCCLXX facta s) in portione Ludovici Germaniae Regis, quae sic regno Franciae orientalis ex occidente addita *Westrasiae*, h e Occidentalis regni, nomen communi usu & scriptorum sortita est. *Westrasiae* igitur fines veteres ampliores fuerunt iis, quibus hodie illam absolvi dicunt t). Referuntur saltim ad eam etiamnum, quae in divisionis istius tabulis

B 3

Sa

-
- r) Quod invenitur apud *Felibien* histoire de St. Denys, inter probatt a. 56.
- s) Vide divisionis tabulas in *Annal. Bertin.* ad a. 870. *Convingii* libro de finibus imp. c. 7. *Schilteri* Instit. I. publ. T. II, p. 64. *Baluzii* Capitul. T. II, p. 221. *Miraei* Oper. dipl. T. I, p. 28. *Obrechtii* prodr. rer. Alsat. e. VI, p. 66 seqq. *Calmeti* hist. Loth. T. II, probatt. p. CXI. Commentati sunt in eas quoque *Eckbard* in comment. de R. F. O. p. 566. *Calmetus* hist. Loth. Tom. I, p. 738-743. ad a. 870. Adde, qui pagos Archidioeceseos Trev. egregie illustrat *Honthemius* T. I, p. 54-73.
- t) De origine cum nominis, tum regionis *Westrasiae*, eiusque variis finibus primus disputavit, cui vitam omniaque debeo, I. Phil. *Crollius*, in comment. prolusoria de *Westrasiae* regione veteri cisrhenana, Biponti 1751 edita, cui nuperrime supplementum scripsit in oratione de *Anvilla*, p. 13. n. * usque ad p. 16.

occurrunt, *Sarachowa subterior*, *Blesitchowa*, *Selme*, *Albechowa*, ^{u)}, *Sarachowa superior*. *Sarachowa* aut *Sargovia* magnus pagus Regni Lotharingici a *Sara* vel *Saravo* flumine nomen trahit, & si scriptores gravissimos ^{v)} audias, ob amplitudinem suam in *superiorem* & *inferiorem* divisa est. Illa fontibus *Sarae* in *Alfatiae* & *Lotharingiae* confinio *Vosagiano* quaerendis propior *Alfatiae* limitem tangit, & ad *Blesam* amnem, eius scilicet & *Sarae* confluentes, hodie *Sargemünd*, excurrisse videtur; haec vero *inferior* versus *Treviros* & ad *Mosellam* usque se extendit, in quam *Sara* prope *Consarbruck* intrat. Nolim vero cum illustri *Schoepflino* suspicari, pagum *Blesensem* partem forte fuisse *Sargoviae* s. *Sarachowae*, quae ipsi contermina est. *Sarachowa superior* & *inferior* nescio an se proxime contigerint, quum *Albechowa* inter illas sita fuerit. Finium pagorum istorum determinatio multis impedita est difficultatibus, nec nisi enumeratio villarum, castrorum, vicorum, quae in illis sita fuisse chartae & vetera monumenta tradunt, aliquam lucem afferre potest. Ven. *Honthemius* in designandis locis *Sargoviae inferioris* (superiorem enim, cum ad nos haud pertineat, non curamus) diligentissimus fuit ^{a)}. Haud equidem pars eiusdem
ci-

u) *Selme* pagus idem est cum Comitatu *Salmensi* ad ortum *Sarae*; *Albegowa* vero a *Saralbe*, quod oppidum ad *Saram* situm est, nomen trahit & Comitatum *Albinontis* s. *Blamont* comprehendit, vid. *Calmet*. l. c. T. I. p. 741.

v) Godfr. *Besselium* Abbatem, in *prodromo Chronici Gottvic.* L. IV. n. LXX p. 560. Ven. *Honthemium* in *Diff. praevia saec. VII.* T. I. hist. *Trev.* §. VIII. p. 57 & 58. D. *Schoepflinum* in *Alfatia illustrata*, P. *Geogr.* c. VI. n. CIII.

a) Notata vero sunt ab eo sequentia: *Lucia* (*Peußen*); *Mediolacum*, celebris Abbatia ord. S. *Benedicti*, ad dextrum *Sarae* litus (*Metsoch*);

citerior *Bremis* s. *Brimis* fluviolum, quod e regione *Walderfingae* in *Saram* influit, *Austrum* versus & *Orientem* superasse videtur, quin hunc cum *Tholegia* rivulo & montibus *Vogesi* naturales fines *Blesensis* pagi hac ex parte efficere existimo. Sed antequam huius fines definiam, locorum, quae mihi chartas aliaque vetera monumenta perlustranti obvia fuerunt, novam & festivam copiam suppeditabo *b*). En illam!

Ga-

loch). Pons *Sarrae* iam *Antonini* itineratio clarus, dein castrum *Saraepontis* (*Saarbruct*). *Sigeberti castrum* ad confluentes *Nidae*, a quo *Nitachovva* pagus, & *Saravi*, hoc castrum sedem deinceps praebuisse lineae generis *Saraepontani*, *Sigeberto II. Sigeberti I.* filio ex saec. XII. arcessendae, quae *Dominorum de Siersberg* titulo clara fuit, non possum, quin hic primus notem. *Sckiva* vel *Sckina* castrum, postea *Monclair* dictum, haud procul a *Mediolaco*. *Tabena* (*Taven*) praepositura *S. Maximini* infra *Mediolacum*. *Wadegozzinga*, villa regia, seu palatium ab *Henrico IV. Imp.* donatum a. 1080. *Sigeberto* comiti, quem novimus esse parentem *Comitum Saraepontanorum*. Quam absone igitur exclamat *Ludolfus*: *Insigne patrimonium regium!* atque exinde etiam omnem *Comitatum Regis* fuisse suspicatur, haud attenda donatione castri *Sarbrucken* pridem ab *Imperatoribus ecclesiae Metensi* donata, a qua illud in feudum tenent *Comites Waldelevinga* s. *Walderfingen* (*Walderfangen*) *Comitatu* olim peculiari nomen dederat. De *Sarburgo* *Trevirensi* dubius est *Ven. Hombemius*, cum diploma *Sigefridi* *Comitis Luxemburgici* illud *Comitatu* *Bedensi* tribuat. At neque pagus & *Comitatus* eorundem semper fuerunt finium, quin hic illius limites saepius superavit; uti etiam uno in pago plures *Comitatus* invenias, & in ipsa *Sarachowa* inferiore praeter *Comitatum Sarachowae* etiam *Comitatus Waldelevingae* reperitur.

b) Ad eam augendam supplementum quoque scribi potest ex scripto publico, famoso illo quidem, sed ad cognoscendos dioecesium

cc-

Ganundias, in quo monasterium in honorem S. Petri & ceterorum sanctorum constructum est auctore S. *Pyrminio* & fundatore *Werinhero* Dynasta franco nobilissimo a. DCCXXVII, vel ut alii rectius volunt DCCXL. Vocatum illud dein est saeculo sequenti in chartis *Orembach*, *Horunbach*, *Haurumbach*, quae nomina Gallica pronuntiatione corrupta sunt ex *Hornbach*, item *Horbac*, *Hornpach* c), saec. VIII vel X castro cinctum, quod

ecclesiasticarum fines apprime idoneo : *Liste des Lieux compris par la dernière clause du IV. article du traité de Rismick* & quidem vide *Dioecese de Metz*, p. 8--13. Quum enim pagus *Blesensis* antiquitus pertinuerit ad *Mediomatrices*, dein ad Ducatum *Mosellanicum* & regnum *Lotharingicum*, dioecesi olim *Metensi* subiectus fuit, & si Romano Catholicorum sacrum cultum respicias, etiamnum est. Ex eius igitur descriptione, quantum hac in regione patet, pagi quoque *Blesensis* fines versus pagos *Spirensem* & *Wormatiensem* detegere licet.

- c) *Eckhardus* in *Commentt. de Rebus Fr. Or. T. I. Libr. XXI* p. 360. post paulum *Volzium* abbatem olim *Hugenhofensem* teste *Brovvero* ad vitam *Pirminii* p. 32. illud quoque *S. Pirmin* vocatum esse vult a sepultura, quam ibidem *S. Pirminius* habuit. Nihil tamen ea de appellatione mihi constat. Constat vero illud, monasterium ipsum nonnunquam simpliciter audiisse *ecclesiam S. Pirminii*, & complexum terrarum in pago *Blesensi* sitarum, quae ad *Dominium Abbatiae* pertinebant, vulgo dictum fuisse *S. Pirmins Land*. Consistebat regio haec ex novem curtibus, quae germanice audiunt *Höfe*, seu stilo recentiori *Schultheisereyen*. Fuerunt vero sequentes: *Der oberste Hof oder die Freyheit zu Hornbach, Pirmasenz, Medelsheim, Altheim, Rünsweller, Contwykt, Tribach, Zefesheim, Alten Hornbach und Bedeborn (Bedingen) ein Hof*; ex quibus *Pirmasenz* ditionis olim *Bi-pontinae Bitensis*, hodie *Hanovico-Lichtenbergensis* est, *Medelsheim*

quod *Hornbacense* fuit, atque oppidi parte inferiore, quae *Gamundias* vocabatur, editius est d). Castrum illud sedem praebuisse vicariis Comitibus magnorum Comitum Franciae Rhenensis ex familia Salica videtur, de qua in Cap. III. disteram. *Pirminii* sedes, *Pirminishusna*, hodie *Pirmasens*,
C
ean-

beim, olim quoque Bitensis, ad praefecturam de *Castris* prope *Blitam* accessit. *Altbeym* vero ditionis Bitensis etiamnum est. Reliquae sex sub tutore *Wolfgangi* Principis *Ruperto* patruo a. 1535 in iura Serenissimorum Comitum Palatinorum, Ducum *Bipontinorum*, perpetua & legitima abierunt. Sylvae item, quae monasterio propriae erant, ut magna illa apud vicum *Wilgarts-wiessen* in praefectura *Tabernaemontana* vocatur, *der große Pirman*, aliaque minor *der kleine Pirman*. Est quoque apud villam *Minbach* silva dicta *der Pyrmans-Wald*. Diversas vero, quas attulimus appellationes, ex ipsis chartis illustrare lubet. In charta *Ludwici I.* d. a. 820. legitur: *ex monasterio Orembach*; *Lotharii* vero I. privilegium d. a. 834. habet: *Ex monasterio Gamundias*, quod alio nomine *Haurumbach* appellatur. Sequitur hanc dialectum diploma *Ottonianum*: *ex monasterio Gamundias*, quod alio nomine *Horumbach* appellatur. Charta *Ludovici infantis* de a. 900. de monasterio *S. Pirminii*, quod vocatur *Hornbach*. In literis *Amalardi* Abbatis *Hornb.* qui, ut puto, tertius est, & *Widonis* ad *Rudolfum*, Archiepiscopum *Moguntinum* vocatur *Horbach*. Mitto reliqua.

- d) Diploma *Ottonis M.*, quo coenobio sex mansos regales in villa *Quidersbach* nominata sitos aliaque concedit beneficia, haec expressè habet: *ad ecclesiam sancti Pirminii, que est in castro Hornbach dicto, constructa*. Literae vero *Henrici* Comitum *Gemini* pontis de a. 1258. super molendino quodam apud *Gamundiam* clare satis illud his verbis indicant: *in inferiori parte ville, que Gemunde dicitur, super ripa, quae Drualba vulgariter nuncupatur.*

eandem cum Hornbaco attingit antiquitatem e). *Locvillare* hodie *Euzweiler*, quod bis mille passus ab Hornbaco abest. *Myndenbach*, hodie *Minbach*, milliare a Biponto distans f). *Ramesbach*, *Duteilvinga*, *Wylarn*, quae loca recentiori appellatione audiunt *Ranspach*, *Didelfingen*, *Wallershofen* g). Castrum *Otvillare*, olim quoque vocatum *Bliesbeck*, & prope illud *monasterium novum*, coenobium *Neumünster* h). *Remilingas*, *Rimlingen*, in Comitatu *Bitensi*, qui vicus *Caroli M.* & regum
Lo-

e) *Pirminibusnae* aequae ac *Locvillae* mentio fit in vita *Pirminii*, atque cum utraque dioecesis *Metensis* sit, facile patet, easdem in pago *Blesensi* sitas fuisse.

f) In charta *Widonis* Comitis illustris, qua villam *Myndenbach* Coenobio *Hornbacensi* donavit a. 796.

g) Occurrunt in charta *Widonis* Comitis alia de a. 796., qua eadem *Hornbacensi* monasterio in perpetuum attribuit. Nuper equidem Vicus *Ranspach* per concambium serenissimum Principem nostrum Comitem Palatinum inter & Principem *Nassovico-Saraepontanum* initum ad terras *Saraepontanas* accessit. *Diedelfingen* & *Wallershofen* sunt quidam praediorum tractus prope vicum *Ranspach*.

h) In charta foundationis Monasterii *Neumünster* dicti data anno Christi propitio XXXI. regni Domini *Ludovici* regis in Orientali *Francia*. Tunc scilicet confirmavit Rex foundationem, quam *Episcopus Metensis Adventinus* fecit, veniens in suam parochiam in Comitatu *Plesinse*. Incidit igitur hoc in a. 874. si calculi initium faciamus ab a. 843. quo demum Rex totius *Franciae* orientalis factus est. Occurrit quoque *Niumonasterium* in portione *Ludovici Germanici* ex divisione *Lotharingici* regni a. 870. facta. Vestigia quoque huius foundationis *Ven. Dom. Calmet* in *Hist. Loth.* T. II. p. 105. ex vita *Adelberonis* *Metensis* in T. II. *biblioth. nov. Labbe.* p. 673. invenisse se existimat. Dicitur ibi in pago *Blisacensi* sita esse.

Lotharingiae temporibus picaria clarus fuit i). Villae *Walbesheim*, *Walsheim*, quae trium horarum itinere a nobis abest, *Felishalba*, quo nomine mons in regione Hornbacensi etiamnum venit, *Lantolvinga*, hodie *Brandelsingen*, Lotharingicae ditionis, *Roslohgowe*, corruptum forte, mihi certe ignotum nomen *Medilinesheim*, *Medelsheim*, & *Appenchiricha*, quae etiam vocata fuit *ecclesia Abbons*, forte, quum *Abbo* & *Albo* promiscuum fuerit, *Weiskirchen* k). *Castrum Blesiacum*, *Blieskastel* l), quod *Metensis* ecclesiae patrimonium pridem fuit. *Vrreback* vicus, qui mille passus ab urbe *Biponto* abest m). *Curtis Ernustelwilre*, quae eidem urbi proxima est n)

C 2

Ad-

- i) In confirmatione Domini *Lotharii Regis* super decimas picis in *Rymelingen* ad monasterium *Hornbacense* de a. 865. De eodem loco intelligendum puto, quod *Regino* ad a. 954. narrat: *In eodem anno Chunradus Dux cum Lothariensibus, Duce Brunone Archiepiscopo in Belensi pago (lege Blesensi) apud villam Rimilinga congressurus erat.* Male *Struvius* ad h. l. adnotat: forsan *Rimelingen*, Comitum a *Castel* oppidum in *Franconia*; quod quantum distat a Lothariensium finibus! Neque minus errare videtur *Ven. Abbas Gottwicensis* in prodr. *Chronic* L. IV. p. 747, si pagum *Bedensem* ibi memorari, in eoque *Rimeldingen*, hodie in Ducatu *Luxemburg*, vult.
- k) Occurrunt hae sex villae sigillatim in Traditione *Arnolphi*, Regis, facta nobili dicto viro *Folevvin* de a. 888.
- l) Vid. *Regino* ad a. 905, quem locum Cap II illustrabimus
- m) Locum hunc iam an. 973 extitisse testatur charta donationis macelli factae per *Ottonem M.* ecclesiae Hornbacensi eodem an. conscripta.
- n) In charta *Ottonis II*, Imperatoris, de donatione a *Conrado* quodam Comite monasterio *Gorziensi* facta a 982, quam vide apud *Calmetum* *Hist. Loth.* T. II, probatt. p. CCXI. haec leguntur verba: *Ad hoc etiam addentes curtem suam Ernustelwilere vocitatum in pago Blicsichgowe.*

Addunt pagorum descriptores, *Paulini, Junckerus & Besselius* Abbas: *Altoftade, Limpach o*). Oppidum *S. Wendelini* ad *Blesam* situm optime etiam ad pagum nostrum referri puto *p*). Si igitur ex hisce pagum *Blesensem* determinare velimus, primariam eius portionem constituunt praefecturae, maior *Bipontina*, & quae nuper accessit *Homburgensis*. Orientem versus pago *Wormacensi* & *Spirensi* conterminus ille fuit, & vicum *Pirmasens* ex praefectura vicina *Lembergensi*, ditionis *Hanovico-Lichtenbergicae*, in se comprehendit. Qua meridiem vergit, *Blesensis* pagi fuit omnis illa regio, quae ad Castrum *Bitis* pertingit, & inde ab ortu *Sualbae* & *Drualbae* versus limites *Bipontinos* porrigitur. *Sargemund* oppidum limitem *Blesensis* pagi efficit ab occidente; atque exinde trans *Blesam* dominium de *Castris*, *Blieskastel*, & quae Principibus *Saraepontanis* parent terrae cis *Saranae* usque ad fluviolum *Bremis*, qui e regione *Valdersingae Saram* intrat, & quam ille recipit, *Theologiam*, huc pertinent. Succedit dein Septentrionem versus Dominium *S. VVandelini*, qua parte pagus noster confinis est pago *Navensi*, & *Bedensi*. Quamvis
vero

-
- o) Quorum illud in praefectura *Homburgensi* continetur, hoc olim ad Dynastiam *Kirckelensem* pertinens in praefectura majori *Bipontina* situm est.
- p) Oppidum enim hoc sic dictum a *VVendelino Scotto*, qui in *Theologiensi* monasterio (*Theolen*) commoratus est, haud procul ab ipso monasterio ad *Blesam* annem situm, summae est antiquitatis. Forte & ipsum monasterium *Theolen*, qui proxime a fontibus *Blesae* abest, ad pagum nostrum olim pertinuit. Ad ulum enim ex vicinis pagis illud referri nondum legi. Saepissime vero in *Vofago* ponitur. *Schaenburgum* arx quingentos passus a fontibus *Blesae* situm est.

vero ut plurimum singulis pagis suus Comes praecesset, ita ut pagus pro Comitatu, & Comitatus pro pago sumeretur promiscue, exemplum tamen habemus contrarium pagi *Blesensis*, cuius castris alii & alii praefecti erant Comites. Erant vicarii Comites Francici in castro *Hornbacensi*; erant Comites Lotharingici, quorum sedem fuisse castrum *Otwillare*, atque Comitatum vocari *Plesinse* novimus; neque tamen castrum *Blesiacum* iisdem paruit. Sed de his sequenti capite pluribus. Immo Comitatum *Blesensem* nonnunquam limites pagi superasse constat ex tabulis *Otonis* I. Imperatoris, coenobio *S. Remigii* iuxta oppidulum *Cussel* anno 1000 LVIII traditis; quippe in quibus illud dicitur: *Abbatia Cosla in pago Coslinsse in Comitatu Blifensi r)*. Pagus vero minor *Coslensis*, *Cusselaan*, pars erat *Navensis*, & quidem eius, quae in *Vosago* sita ad *Wormatiensem* referebatur s). Pagum *Blesensem* vero ad *Vogesi* quoque, qui

C 3

- q) Confer *Hertium* in notit. regni Fr. vet. c. v. §. XXXV, p. 251. in volum. II. Comment. atque opusculorum eius edit. nov. *Hombergkii* 1737.
- r) Vide Orat. de *Biponto* p. 7. not. ** ubi tamen *Roslinsse* mendose descriptum est pro *Coslinsse*. Abbatia *Cussellensis* aut eadem est cum praepositura *S. Remigii* oppido proxima, aut certe cum illa unita est.
- s) Antiquissima, credo, memoria reperitur in testamento *B. Remigii* Episcopi, qui Saec. VI. vixit: *sive cum Coslo & Gleni, vel omnibus sylvis, pratis, pascuis, quaecunque in Vosago infra circum & extra tam ultra, quam citra rbenum precio dato comparavi. Gleni* hodie est *Altenglan*. Confer *Freberi* Origg. *Palatt.* L. II. c. XII. In *Vita S. Remigii* apud *Surium* T. I. mente Ianuario edit. *Germ. loh. del Via*, quae prodiit *Monaci* a. 1574. p. CLXXVII. Er hat auch den grössern Theil des Walds im Vosago

qui *Treviros* spectat, seu *Occidentalis*, *montolam* & *saltuosam* t) regionem relatam fuisse, docent nos plura antiquitatis mo-

lag erkauf, daselbst Hütten erbaut, die er nach den Wasserflüssen, ob welchen sie erbawet sind, *Cossa* (lege *Cosla*) und *Gleni* genendt. *Conradus* vero III. Imp. possessiones coenobii *S. Remigii* confirmans per chartam de a. 1138, quam vide apud *Tolnerum* Cod. dipl. n. XLIV. ita *Cusellas* determinavit: in pago *Vosago Coslam*. Idem vero oppidum *Cussel* *Moguntinae* esse dioecesis, probatum dedit *Ven. Pater* in *Orat. de Cusella* p. 7. not. *, ex quo facillime colligitur, illud ad pagum *Navensem* pertinuisse. *De Cosla & Gleni in saltu Vosagi in pago Varmacensi*, vid. *Flodoardus* Hist. Lib. III. c. 10.

t) *Mons* & *saltus Vogesi*, qui in finibus *Lingonum*, hodie *Langres*, incipit, & dein in septentrionem protenditur usque ad fines *Trevirorum*, ad orientem quidem in *Alsatiam*, & ad Occidentem in *Lotharingiam* prospiciens ab utraque parte pagum efficit *VVasgoviam* seu pagum *Vosagensem*, tractum amplissimum. Is neque uni *Comiti* paruit, neque unius fuit dioecesis ecclesiasticae, sed per varias regiones pagosque, ab occidente per *Lotharingiam*, in qua praefectura *Vosges* nota est, *Saracowam* *superiorem*, *Blejsensem* pagum nostrum, *Treviros*, ab oriente *Alsatiam*, *Spirgoviam* & *VVormatiensem* pagum longe lateque extensus. Nomen tamen *VVasgoviae* haud ubique eiusdem & perpetuae fuit celebritatis, atque haec finium variorum est causa, qui alii & alii fuisse & esse perhibentur. Qui de monte, saltu & pago *Vosagensi* curatius erudiri cupiunt, adeant inter illorum descriptores praecipue *Illustrem Schoepflinum* in *Alsatia* illustr. p. 4-8. & p. 644. ac qui notitiam pagi huius novissime locupletavit, *ven. patrem I. Phil. Crollium* in *Orat. de Anvilla* p. 8-13. Non possum vero, quin hic locum addam, ex quo apparet, quam longe *Vosagus Occidentalis* per *Treviros* protractus sit. Ita *Hist. Episc. Virod.* in *Calmeti* Hist. Loth. T. II. prob. p. XXXII de *Richerio* Episcopo:

monumenta. *Carolus M.* in charta decretali ecclesiae Hornbacensi data inquit: *Igitur dum venerabilis vir Pirminius Episcopus cum Monachis suis in ista provincia, ubi nos, Deo dispensante principatum tenere videmur --- advenit, & in heremo vasta Vosago habitacula sive monasteria ex nostro permissu nostrorumque fidelium edificare conati sunt, & basilicas in honorem Salvatoris & S. Marie & S. Petri ceterorumque sanctorum dedicarunt. Warmannus, vitae S. Pirminii scriptor gravissimus, dum illustri viri Werinheri fundatoris coenobii Hornbacensis eximiam collaudat liberalitatem, de illo tradit: Obtulit quoque maximos limites in saltu, qui Vogesus dicitur; in quo villa extat, habens vocabulum Pirminishufna, eo quod ibi provisores gregum coenobii sancti primo sua metati sunt tuguria; Denique ex UTRISQUE (puto utrisque) praefati SALTUS PARTIBUS plurima condonaverunt praedia, scil. posteri illius quam plurimi & multi alii. Henricus IV Imp. in litteris, quibus vetera coenobii privilegia confirmat, eidemque novum impertitur, Kalend. Ianuar. a. clo LXXII datis, ita monasterium designat: *dedicatam suam in Vosago Abbatiam, Hornbach dictam. Thelegiense monasterium, veteribus Theologiense, hodie Tholey dictum, in extremo pago Blesensi ad rivum cognominem in Premantiam, hodie Primbs, procurrentem positum certissime ad eam partem Vogesi, qua Treviros adimus, relatum*
legi-*

po: *Inde Vosagum ad Valdentiam ad diem Ecclesiam ivit, in aegritudinem incidit: navigio per Mosellam relatus est, Treviris, a Brunone urbis archiepiscopo inunctus, viaticoque munitus in pace obiit.*

legitur u). Si quae vero descriptio huic pago nostro *Blesensi* convenit, est certe illa, qua *Iohannes Herculanius Plein-*
fissimus, saec. XVI scriptor, *Vosagum* omnem nobilitate
 voluit x). Ita ille: Praeterquam autem, quod situ, ferti-
 „ litate, amoenitate, accolis & oppidis ad utrumque latus po-
 „ sitis mirum in modum exornatur: etiam varietate fluminum,
 „ quae diversis in locis varia effundit, nobilitate metallorum,
 „ quae inde oriuntur, & Thermarum quoque, ut interim non
 „ commemorem loca pietati dicata, quae multa restant ab Ere-
 „ micolis & Deo vacare cupientibus constructa, abunde mere-
 „ tur scriptis & litterarum custodibus illustrari, etiam magis,
 „ quam Parnassus, quam Olympus, quam Cinthus, & ceteri
 „ montes a Poëtis celebrati,, *Blesensem* certe regionem *Voga-*
gicam ad delectationem efficit aptissimam perpetua montium
 vestitorum, eximiaeve bonitatis collium, ac vallium amoenissi-
 marum, per quas annes omnis generis piscium pleni, alii fe-
 dati, alii incitatiores, variis & obliquis cursibus feruntur, vi-
 cissitudo, caeli temperies, atque aquarum salubritas. Neque
 ul-

u) *Tritemius* in Chron. Hirsaug. T. I, p. 152. illud in *Vosagum*
 ponit; atque eadem huius monasterii descriptio legitur in vita
S. Pauli Virdunensis apud *Mabilionium* saec. 2. Benedict.
 p. 268 &c. ubi narratur, *S. Paulum* ingressum esse in *Eremitum*,
 quae *Vogesus* nominatur. Atque in eadem Eremito erat mona-
 sterium, *Tabuleium* antiquitus nominatum, eo quod sectis in mo-
 dum tabularum lapidibus, fuerit primitus aedificatum, quod
 moderni *Tbeolegium* dicunt &c. conf. *Calmet Hist. Loth. T. I.*
 L. IX. p. 401.

x) Vide in *C. L. Hugonis*, Abbatis Stivagiensis, accessionibus novis
 ad Hist. eccl. & civ. *Ioh. Herculani Pleinissimi* Historiam de an-
 tiquitatibus vallis Galileae p. 173.

ulla urbis positio & regionis, qua cincta est, pulchritudo maior esse potest, quam ea, qua urbes *Bipontum* & *Hornbacum* excellunt, ne de reliquis pagi nostri partibus dicam. *Hornbacum* quidem, seu uti olim vocabatur *Gamundias*, adluunt duo fluvioli, *Trualba* & *Sualba* y), qui sibi invicem ibidem mixti,

D

com-

y) Sic *VVido* illustris Comes, Dominus ecclesiae Hornbacensis maxime liberalis, in binis chartis, quas supra iam excitavi & cap. III. pluribus adducam, a. 1000cxvi. datis, tradit: *monasterium Gamundias vocatum* -- in pago *Blesensi*, super fluviolos duos, videlicet *Trualbam* & *Sualbam* conseructum; & *Henricus* Comes G. P. in litteris de a. 1258: super ripa, quae vulgari-ter *Drualba* nuncupatur. Igitur antiquitus princeps fuit nomen illius amnis, qui hodie vocatur *Felsalb*, *Trualbae* seu *Drualbae*. Oritur illa ad viculum *Drulben*, adeoque cognominem, ditionis Hanovicae, qui haud ita procul a castro *Than* abest; coniungitur dein in confiniis Hanoviensibus & Bitensibus cum alio fluvio, qui a castro *Bitis* procedit. Amnis sic auctus praeterlabitur *Walsborn* vicum Lotharingico -- Bitensem, & ubi praefecturam, *Bipontinam* intrat, a sinistro latere propter villas & curtes *Hengstberg*, *Winschberg*, *Dudenbrucken*, *Hub*, tum a dextro *Walzhausen*, *Kirschbach* fluit, donec a parte sinistra amniculum *Gemundnerbach* recipit. Alluit dein montem *Felsalb*, una & dimidia leuca ab *Hornbaco* distitum, a quo nomen *Felsalbae* mutuatur, & relictis a dextra *Leichelbingen*, a sinistra *Didrichbingen*, rursusque a dextra *Mausbach*, haud procul a porta oppidi *Hornbaci* inferiore coniungitur cum *Sualba* fluviolo: quo facto commune nomen *Hornbach* fluvii sortiuntur; quamquam & hodie *Trualbam* seu *Felsalbam* fluvium iam *Hornbach* appellari velint, quod utrumque nomen vetus & hodiernum vulgare *Henricus Fabricius*, artis medicae doctor & scholae provincialis Hornbacensis rector significavit. Is enim in programme, quo a. 1598. studiosam

ii-

commune dein nomen *Hornbach* fluvii fortiuntur. Atque ob vallium, in quibus hi amnes fluunt, amoenitatem summam & fertilitatem, mons intermedius, prospectus iucundissimi, opportunus
ma-

iuventutem ad *Petrum Boesium*, commilitonem alterum Fastorum Ovidii volumen memoriter recitaturum, cupide placideque audiendum, invitavit:

Insigne privilegium
Dat diligentiae Tuae,
Boesi, professorum cohors
In urbe, quam *cornifluum*
Trulbae fluentum praeterit.

Haec igitur pedem montis, cuius vertici coenobium impositum est, a latere dextro, uti *Sualba* a sinistro, lambit. Labet hic descriptionem cursus eius ex Oratione de *Hornbaco* p. 8 transcribere: „*Sualba* intra fines agri Bitensis, supra villam *Sirstein* exoritur, ac postquam se per stagnum, den *Wenher zur Frohn* „*mühle* nuncupatum, egit, & molam modo dictam suo versavit „impulsu, *Weiskirchen, Welmunster, Schweigen*, paucorum tectorum „villas, praeterlapsus, oppido *Hornbacensi* appropinquat, quod „ubi a sinistro latere strinxit, *Felsalbae* iungitur, atque una cum „eo amnem, qui *Hornbach* inde appellatur, constituit. Falso hunc fluvium a Geographis recentioribus vocari *Hornbach* & qui *Felsalb* seu *Trualb* nobis iure appellatur, iisdem *Schwolb* nomine venire, non est, quod pluribus ostendam. *Hornbach* vero fluvii maiusculi nomen iam antiquitus cum *Sualba* amniculo confusum fuisse didici ex litteris *Mattbaei* Ducis Lotharingiae de a. 1150. ad *Volmarum* seu *Volvadum*, Comitem Sarwerdensem, cui bellum erat cum Comite, credo, Saraepontano, quibus agrum Bitensem, qua terras Bipontinas tangit, definit, apud *Calmet* hist. Loth. T. V. probb. p. CCCXL. ad fluvium vicinum *HORNBACK*, qui *SUALBA* dicitur. Conspirat tamen idem locus cum ea, quae etiamnum viget, appella-

la-

maxime visus est sancto *Pirminio*, super quo monasterium inaedificaretur. Pariter *Bipontum* quae cingit planities montibus collibusque circumscripta apparatissimum a natura variae sua-

D 2

vi-

lacione. *Hornbach*, dein a confluxu utriusque amnis praeterfluit vicos, *Alt Hornbach* & *Rymtschweiler*, & post fluviolo *Bickenhalb* (qui intra agrum *Bitensem* incipiens & a sinistra *Rimlingen*, *Eschingen*, *Medelsbeym*, *Altbeim*, *Beckweiler* praeterlapsus tandem curtis *Bickenaspach* nomen distinctum ab alia villula *Heckenaspach* facit & infra *Mittelbacum* ad pedem montis, *Berghausen* dicti, *Hornbach* fluvium intrat) auctus *Ixbemium* & *Bubenbusam* festinat, ubi haud adeo procul ab urbe *Bipontina* fluvio *Erbach* iungitur, atque sic decurrit versus vicos *Ernstweiler*, *Einöth*, viculumque *Ingweiler*, ad quem 2000. fere mille passus a *Biponto* in *Blesam* influit, de qua iam diximus supra. Sed iucundio rem credo fore lectoribus horum fluviolorum notitiam ex ipsis fontibus haurtam. Suppeditat illam *Tilemannus Stella*, insignis olim apud nos Geometra, in descriptione Geometrica praefecturarum, *Bipontinae* & *Kirckelensis* &c.

- p. 109. Die *Blumel* erhebt sich in *Pirmasens*, ist langk soweit sie ins Amt *Zweybrücken* gehört von der *Frödenbach* bis an die *Voimbach* dreyviertel Meil und 214. Schritt.
- p. 113. Die *Silshalbe* erhebt sich unter den Zusammenfluß der *Blumel* und der *Vombach* bey dem *Dudenbrücker* Fürt und *Stege*, und laufft an *Walshausen* herunter bis an den Ort, do sie mit der *Gemündnerbach* / welche von *grossen Steinhäusen* herkomt, zusammenrine. Der Fluß heft in sich 1. Meil und 250. Schritt.
- p. 115. Die *Mutterbach* zu *grossen Steinhäusen* / welche man auch die *Opperdinger* Bach oder die *Bottenbach* nent, erhebt sich erstlich aus dem *Korborn* im *Bitscher* Walt und der *Haspelschitterbach* / sie wechft auch zum Theil von der *Bitscherbach* / item von den Bächen von *Eppelborn* und *Walsborn* /
item

vitatis praebet spectaculum. Binae sunt in illa fluviorum conjunctiones, altera ab occidente *Hornbach & Erbach* z) fluminum, al-

item von der *Eicherbach* / die sich in *Lengles* erhebt, und setzt ziemlich stark in das Amt *Zweybrücken* / an dem Ort, do die *Herzspach* und *Drauschenborn* hineinrinnen, gewine darnach viel Krümmen und fließt durch schöne und grosse *Wiesen* herunter, und durch drey alte und wüste *Dorffter*, nemlich durch *Kulbingen* / *Opperdingen* und *Kuperdingen*; daselbst hinunter nimpt sie die *Bottenbach* zu sich und fließt also vortan wider durch schöne *Wiesen* hinunter bis oben an *Gemünden* / daselbst setzt sie in die *Silshalbe* / wie zuvor angezeigt ist. Diese obgemelte *Bach* hatt in irer *Lengden* bey 4850. *Schritt*, das sind 1. *Meil* und 850. *Schritt*.

p. 117. Die *Silshalbe* ein lustige und stark *Bach* nimpt der *Gemündener Bach*, oben zu *Gemünden* / do sie zusammen fließen, iren *Namen* und fließt also für *Kirschbach* / *Leuchelbingen* / *Diederichingen* und *Musbach* herunter durch viele lustige und grosse *Wiesen* -- bis unten an die *Stadt Hornbach* / do sie mit der *Schwalbe* zusammenrinnt. Die *Lengde* ihres *Flusses* begreift in sich bey 5239. *Schritten*, das macht 1 und einviertel *Meilen* und 239. *Schritt*.

Sualbam vero p. 121. his verbis describit: Die *Bach*, so durch den 6ten *Haupt-Grund* herunterläufft und die *Schwalbe* genandt wird, erhebt sich erstlich im *Bitscher Landt* bey *Sirstein* / von dem kompt sie auf *Weiskirchen* und *Wolmünster* herunter, welche *Bäche* sie zu sich nimpt, desgleichen auch die *Bach* von *Ormsweiler*, und die *Breinstelbach* / und andere obgemelte *Bäche* mehr, die alle in die *Schwalbe* fallen, und fließt also dieselbige *Schwalbe* fortan bis unten an *Hornbach* / do nimpt sie der *Silshalben* ir *Wasser* und *Namen*; dieser *Schwalben* ganzer *Fluß* von *Korichsmöln* anzurechnen, do sie erst ins *Ampf* tritt, bis zu obgemelten *Zusammenfluß* begreift in sich bey 4083. *Schritt*.

altera ab oriente huius & *Auerbach* rivuli paulo superius e regione loci editioris, in quo ad viam, quae *Contwigium* ducit, vix vestigia quaedam, ne dicam rudera, etiamnum videntur

Schritten: Das sindt 1. Meilen und 83. Schritt.

p. 123. Die Schwalbe nimpt hart unter Hornbach der Filsthalben in Wasser und Namen, wie auch zuvor angezeigt ist, und fleust dan hinunter frumb herum um das Buchholz her, und neben Althornbach und Rinschweiler hin bis unten an den Bergthäuser Bergk, do er aufhört, daselbst felt sie mit der Bieckthalben zusammen; dieser ganze Strich und Fluß der Bach heist in seiner Lengden bey 5600. Schritten, das machet 1 und einvierzel Meilen und 600. Schritt.

In hoc igitur a nostra dissentit haec *Stellae* descriptio, quod verum & antiquum *Trualbae* nomen ignoraverit, neque in fontem ipsi proprium inquisiverit. Proximus ille est a fonte *Eppelborn*.

2) Amnis huius &, ex quibus colligitur, rivulorum descriptionem curatorem, nostra quavis gratiorem, ex *Tilemanni Stellae* descriptione laudata huc etiam transfere placet:

p. 129. Die grosse Bach, so durch den roten Hauptgrund hinunterleufft, wird die Walhalbe genant, vielleicht von den Dorff Walthalben / das gegen Oberhauffen über an demselbigen Bach gelegen ist. Dann diese zwey Dörffer scheidet die Walhalb. Es erhebt sich aber diese Bach erstlich zu Mittelborn; demnach wirdt sie gemeret von den Bächen aus ober und nieder Lauppach / und felt in das Amt an dem Ort, do die Lauppach und Marspach zusammenfallen; bald herunter wird sie wiederumb gemehret durch die Bach, welche durch Ober-Armbach / durch Kirchens-Armbach und Zettenhausen herunter rinnt. Es mehren sich auch hinunter von der linken Hand herein, Wershauser Bächlin die Almsbach genant, die Elzenbach / (komt von Harsperg herunter) ein Bächlein von dem Harsperger Forst herunter. Die Bach im Harsperger Grund in Breitwisen genant, erhebt

tur monasterii, ut vulgo dicitur *Marienstein*: quod hodie prorsus in tenebris iacet, cum de eo fileant & exteri & domestici scriptores. Non parum igitur commoditatis habere videtur pri-

hebt sich auch bey dem *Zarsberg*. Item die *Meilbach* ist über diesem Grund bas hinauf. Die *Bach* im *Heusgen* in *Jrlensborn* genant, erhebt sich auch umb *Zarsberg*. Die *Ottenbach* welche von *Einet* herunter kompt, item die *Ilmesbach* diese felt in die *Ottenbach*. Die obgenante *Walhalbe* hatt in irem Fluß an der Lengden 6500. Schritt, das macht anderthalb *Meil* und 500. Schritt.

P. 133. Die *Hauptbach* in dem 11ten Haupt Grund ist sehr groß und stark, sie ist schier viermal so groß, als die *Walhalbe* / do sie zusammen rinnt. Sie wirdt genent die *Mutterbach* / das *Geinswasser* und die *Steinhalbe* von einem Dorff, das den Namen *Steinalben* hat, dieselbige *Mutterbach* samlet sich hln und wieder im *Holzland* aus mancherley Flößlin und sonderlich aus zweien namhaffigen Bächen nemlich der *Steinalben* und *Kotalben* / welche beyde zu *Stegen* an einer wüsten Dorffstatt zusammen rinnen; die *Steinalbe* erhebet sich zum Theil zu *Schoppen*, fleust für *Steinalben* und *Burgalben* herunter. Zu *Burgalben* salt die *Didersdorffer Bach* hinein, die *Steinalbe* wird auch die *Fischbach* genant. Die *Kotalbe* kompt von *Lemberg* und *Mönchwiler* herunter, fleust neben *Kotalben* herab, unter *Kotalben* felt sie in die *Steinbach* hinein, welche sich im *Seelthale* erhebt, aus dem *Seeltrals born*. Es sindt auch sonst noch mehr namhaffiger Bächlein, daraus die *Mutterbach* gemehret wird, welche ich hier vorüber gehe, dieweil ich sie nit eigentlich hat erfahren können. Nachdem sich nun also die viel gemelte *Mutterbach* trefflich sehr gemehret hat, fleust sie von *Stegen* herunter, und vortan zwischen *Eischweiler* und *Gröschchen* hindurch und felt unter der *Brücken* zu *Keschweiler* in das *Ampt Zweybrücken*, nemlich an dem Ort, do die *Walalbe* hineinsaußt;

von

prima eius noticia, quam, cum aliquam vetustatis memoriam colligere volupe semper fit, hic communicare meum esse duco. Haud equidem originem eius, neque exitium indagare mihi

von diesem ißgemelten termin bis zu Delfelt an die Brücke hatt dieselbige grosse Bach in der Lengden bey 5800. Schritt, das sind 1. und einviertel Meilen und 800. Schritt.

- p. 137. Die grosse Bach in dem 12ten Haupt Grund wird die Steinalbe genant, darvon zuvor auch Meldung geschehen ist. Diese Bach fleust neben Stampach und Contwich herunter, und sobaldt sie den Erbusch erreicht, und oben gegen denselbigen überkompt, wird sie die Erbach genant, und verlast also den vorigen Namen, und nimpt einen andern an von dem ißgemelten Erbusch / wie ich darfür halt. Fleust darnach also herunter zwischen dem Erbusch / Mönchsfelten und Nieder Urbach her bis an den Ort, do die Erbach hineinfelt. Dieser ganze Strich der Steinalben oder Erbach helt in sich 6600. Schritt, das macht 1 und ein halb Meil und 600. Schritt.
- p. 157. Nachdem die Battweiler Bach und die Wüste Wintersbach zusammen gerunnen sindt, machen sie die Erbach (Auerbach). Dis ist die Hauptbach, so durch den 16ten Haupt Grund hinunterfleust, und felt zwischen Marienstein und Nieder Urbach anher von dem Benderselgen in die Erbach. Do sie dan ihren Rahmen mit dem Wasser übergibt und verlieret.
- p. 159. Durch den 17ten Hauptgrund fleust die Erbach herunter herunter zwischen Zweybrücken und Ernstweiler mit der Schwalben (rectius Hornbach) zusammen riant mit zwaien Strömen, nimpt do selbst der Schwalben (aliter Horn) das Wasser und auch den Namen. Hierzwischen rinnt die Erbach zwischen dem Fürstlichen Haus und der Stadt Zweybrücken hindurch, felt unter Mauern hindurch, und vor dem untersten Thor fürüber und hinunter bis zu dem obgedachten Zusammenfluß. In diesem

mihī licuit, at illud saeculo XIII floruisse, ex binis documentis illud respicientibus laetus didici. Primum exhibet ultimae voluntatis testimonium de a. clo cc LXXIV, qua *Raimaldus de Lotharingia*, Comes de *Castris*, liberalis fuit & erga Monasterium *Wernerivillanum*, & erga illud, de quo nobis sermo est a) Vo-

can-

sem Strich hatt die *Erbach* in irer Lengden 3600 Schritt. Das macht dreyviertel Meil und 600 Schritte.

p. 161. Durch den 18. Hauptgrund fleust die *Erbach* auch hinten und macht mit ihrem Strome viel Krümmen und Winkel vor und an *Einödt* hinanter, bis neben *Jrwiler* über. Dorselbst fess sie in die *Blise* / welcher sie den Namen mit dem Wasser übergibt, unangesehen die *Blise* ein gut Theil kleiner ist dann die *Erbach* / welche von irem mit der *Schwalben* (aliter *Horn*) zusammenfall hat in ire Lengden bis in die *Blise* 4002. Schritten. Das macht 1. Meil und 2. Schritte.

a) Lubet hic ipsius Rainaldi litteris haec nostra confirmare: Nos Reynaldus de *Castris* & Dominus de *Bitis* notum esse volumus universis, quod nos compos mentis nostre ecclesie sancte *Marie* in *Werneswilre* ordinis *Cisterciensis* vineam nostram sitam & plantatam in *Bolcha* pro anime nostre & progenitorum nostrorum remedio contulimus & salute. Ita quod dicta ecclesia Monialibus de pomerio de *Gemino* ponte quinque solidos *Metenses* denarios de dicta vinea, quam ipsi ecclesie de *Werneswilre* contulimus, singulis annis in assumptione beate & gloriose virginis *Marie* persolvat -- Actum anno Domini Mo CCo LXXIIIo in festo beati *Sixti* pape & Martiris. Testes, qui huic legacioni interfuerunt, sunt hii, Dominus *Nicolaus* Abbas de *Sturzelborne* & Dominus *Reynerus* & Dominus *G. de Egkiswilre* milites de *Castris* & *N. physicus*.

Confirmavit hanc donationem eodem anno *Fridericus* Dux *Lothoringie* & *Marchio*, cuius *Raynaldus* Comes *Castrensis* v. m. fuit patruus.

cantur in eo, quae in hac vitam monasticam agebant, simpliciter *moniales de pomerio de Geminoponte*. Alterum idque clarius & opportunius reliquit ipsa *Priorissa totusque Conventus ordinis S. Marie Magdalene penitentis in pomerio apud Geminipontem Metensis dioecesis* in litteris de a. clocxxcib). A. saeculi XIV quinquagesimo octavo iterum occurrunt in charta quadam emtionis vendicionis c) *die Frawen in dem Closter*. Nulla eius

E

com-

b) *Emittamus hanc quoque e carceribus, non quidem integram, sed quantum ea ad lucem huic monasterio impertiendam facit: Nos Adelheidis priorissa totusque conventus ordinis S. Marie Magdalene penitentis in pomerio apud Geminipontem Metensis Dioecesis tenore presentium constare volumus universis, quod Viri religiosi Abbas & Conventus monasterii Hornbacensis ordinis S. Benedicti prefate dioeceseos nobis concesserunt & donaverunt bona quedam, que ab ipsis omni iure noscuntur fore pendencia, sita in Kezzelbach apud Gemini pontem, pro annuo censu, videlicet, octo capponibus in festo beati protomartyris Stephani singulis annis per nostrum nuncium principalem Abbati, qui pro tempore fuerit apud Hornbach, presentandis & assignandis. -- In cuius rei testimonium nostrum sigillum una cum sigillo bonorabilis viri religiosi Abbatis Monasterii Wernerivillani presentibus est appensum. Et nos Abbas antedictus dicimus, quod ad preces predictarum dominarum religiosarum nostrum sigillum in testimonium omnium premissorum presentibus duximus apponendum. Datum & actum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo in die beati Laurentii martyris.*

Kezzelbach est quidam terrae tractus, qui montem, quo *Chiflickum* itur, ascendentibus a dextra conspicitur.

c) *Dedit illam Johannes Swinde / Conradi Swinde filius, miles & castrensis in Geminoponte, qui Walrabo Comiti Bipontino omne suum praedium reditusque suos in Stambach & qua patet parochia Contvicensis, sive feuda sive allodia, vendidit, aue die*

die

commemoratio antiquior, neque recentior nobis reperta est, Monasterium vero hoc bellissime in rupe aedificatum erat, ita ut ex ea Amphitheatrum regionis florentissimae spectes. Anno demum clo c xxxi aliud nobis vicinum monasterium in monte praecelso praefecturae Bipontinae, qui iam pridem dictus fuerat *Wernersberg*, liberalitate inprimis Comitis Sarwerdensis surrexit, ac dein Kirkelensium & Hohenburgensium Dominorum aliorumque donationibus egregie auctum est, nomine *Wernerivillanae* ecclesiae clarum, *Kloster Bersweiler*, ordinis Cisterciensis. Antiquius vero *monasterium novum*, prope Otvillam, hodie *Neumünster*, ad Blesam amnem situm, antiquum quoque laudis documentum regionis huius Vosagicae suppeditat. *Tholegium*, de quo, an ad pagum nostrum referri debeat, nondum quidem constat, at proximum illi tamen, loco *nemoroso & floridis pratis amoeno*, ut *Broweri d)* verbis utar, constructum aevo Dagobertino est. Fontibus quoque aquarum maxime salubrium, quin acidularum abundat pagus noster. Iam ante aliquot saecula vici *Walsborn* ad *Trualbam* amnem milliare, & quod excedit, ab urbe nostra distantis, ditionis Lotharingicae, ob aquas ibi scaturientes salubres celebritatis documenta superesse aiunt in Archivo Lotharingico; atque illam confirmat quae novissime facta est eius indagatio. Petróleum illae in primis tecum ferunt, aequae ac is, qui in *Contwigio*, bis mille abhinc passus sito, etiamnum notus est fons aquarum, quas dicunt minerales. Imo etiam aeris cuprii

drey Garten, die die Fräwe in dem Kloster -- -- hand, die da gelegen sind zu Contwig, die In auch myn Vatter selige vorhin versagt -- hait &c.

d) Antiqq. Trev. T. I. p. 347. ad a. 637.

prii venas in terra abditas subindicat fons ad *Blesam* inter *Wolfershemium* & *Blicweiler* vicos situs, qui aere illo imbutus vocatur *der Rotheborn*. Mitto iam reliqua, quae ad regionis huius commendationem pertinent. Illud certe clarissimum, pagum nostrum omnibus cumulatum esse laudibus, quas habet *Vosagus*, non horridus ille, sed quem *Herculanus* iure meritoque amoenissimum & memorabilem praedicavit. Faciam quoque deinceps, ut monasteriorum, quae ditionis *Bipontinae* iam sunt, & si ab *Hornbacensi* discesseris, pridem iacent, antiquitas fere nova fiat, & e tenebris in lucem evocetur e). Sed iam vela contrahere lubet. Post annum *CLXX* turbulentis *Henrici IV* temporibus Comitum a pagis denominatio cessare coepit, communi historicorum fide diplomatum subnixorum testimonio; adeo ut iam saeculo *XI* nullam fere illius mentionem factam invenerim f). Atque haec est causa,

E 2 cur

-
- e) Quam vir alias doctissimus *Browerus* in nota ad *C. XI*. vitae *S. Pyrminii* in *sideribus illustr.* ardentius desiderat: & erui forte in lucem poterat, ni & loci memoriam & *S. Pyrminii* religiosissimam habitationem nostri saeculi *Harpyae foedis unguibus dilacerassent*.
- f) Ediderunt quidem ad praetensam sibi de monasterio *Hornbacensi* factam donationem, & iniustam eius a. 1631. factam occupationem defendendam *Spirenses* Episcopi chartam quandam traditionis ab *Henrico IV.* a. 1087. factae, in qua legas: *Abbatiam nomine Hornbach in pago Blisengawe in Comitatu Gottfridi Comitis sitam*; at fictas esse has tabulas infra in *Cap. II.* pluribus demonstrabimus. Adsunt etiam aliae chartae ab eodem *Imp. Henrico* datae, in quarum altera de a. 1072, *Hornbacum* in *Vosago* situm fuisse, altera vero de a. 1105, *Abbatia Hornbach* simpliciter dicitur.

cur enumeratio ista locorum pagi Blesensis non plura comprehendat. Omisimus enim illa, quae antiquitatem seculi XI superare, aut certe attingere, haud ex veteribus monumentis didicimus. Neque igitur quis miretur, si neque *Geminipontis*, neque *Homburgensis*, seu *alti montis*, neque *Kirckelensis*, castrorum inter illa mentionem factam videat. Forte & locorum horum vetustas superat, quam de iis colligere licuit, memoriam. Romanas enim eorum origines mitto, quum traditionibus nitantur incertis, adeoque definitio sit periculosa *b*). Peragranti quidem mihi saecula antiquioris aevi versus saeculi demum XII finem occurrit castrum de *Geminoponte*, sive de *duobus pontibus*, a quibus Comites tunc primum

g) Traditio scil. a Mart. Zeilero in Topogr. Pal. Rh. & vic. reg. p. 59. & C. Tolnero Hist. pal. c. II. p. 57. relata est, Castrum *Geminipontis* originem debere Claudio *Druso* Augusti privigno, qui in partibus Rheni cum exercitu agebat. Dubiam illam reddere, imo falsitatis arguere studuit laudatissimus Auctor *Orat. de Biponto*, ex eo, quod 50. illa castra Romanorum *L. Annaeo Floro*, Romanarum rerum scriptori, ad Rhenum erecta fuisse dicantur. At illud non impedit, quo minus & in hac regione Vosagica castra posuerint, cum certum sit, illos commorationis suae monumenta bis mille abhinc passus reliquisse in agro nigro, vulgo *Schwarzenacker*. Aedificii enim argillaceis tubis instructi, quod *Laconicum* vocabant veteres a Lacedaemonibus, qui sudorem elicere solebant in balneis, ruinae a 1729. detectae sunt, quarum ichnographiam Serenissimi Ducis Christiani III. iussu ad illustrem *Schoepflinum* missam, ipse exhibet in *Alf. illustr. Period. Rom. Tab. XV. n. 5. ad §. CLXXX. & CLXXXI.* Haud tamen prius in chartarum monumentis occurrit illud, quam Comites *Geminipontis* ex familia *Saraepontanorum* sedem suam

ver-

mum appellari coeperunt. A. septuagesimo secundo saeculi XII primum lego vixisse *Theodericum*, Comitem *Altimontis*, a quo genus Comitum Hohenburgensium, sub initium saeculi XV extinctum, originem trahit. Saeculo XIII incunte subsederunt in castro *Kirckel* Dynastae, quorum gens versus finem saeculi XIV exaruit.

Recensitis iam castris, villis & praediis, quae ad pagum *Blesensem* aevo Carolingico & Saxonico referebantur, de illorum

E 3

rum

versus finem saec. XII. fixerunt in hoc ipso castro, a quo nomen trahebant. Quum, credo, minus iisdem conveniret, in eodem cum Hornabacensis monasterii Abbate residere castro, visum est illis castrum erigere, cui nomen a duobus pontibus, quibus *Erbaeb* fluvius iungebatur, dederunt, quodve sensim dein in oppidi dignitatem accrevit; de quo Cap. VI. diligentius. Similiter disputari potest de castri *Kirckelensis* origine & fatis, quod *Tilemannus Stella*, insignis saec. XVI. apud nos Mathematicus, in descriptione Geometrica praefectarum Bipontinae & Kirckelensis germanice facta, quae hodiernum in Tabulario Bipontino msc̄ta asservatur, tradit fol. 160, exstructum & habitatum fuisse a Romanis, & confirmat antiquitatibus in vicinia inventis, sed *Ioannis* in Sched. Germ. de castro hoc rursus hic scrupulos movet. Initio certe saec. XIII. sedem praebuit *Henrico*, Domino *de Kirckele*, (filio secundum genito *Ludovici I.* senioris Comitis *Sarwerdensis*, & fratre *Ludovici II.*) a quo familia Dynastarum per saec. XIII. & XIV. illustrior ortum ducit. Castrum *Altimontis* (*Hoenberg*, *Hoënburg*, *Hobenburg*, *Homburg*) sedes fuit inde a saec. XII. Comitum Altimontis seu Hoënburgensium ex familia itidem Sarwerdensi oriundorum. Paratam habemus Genealogiam Comitum Sarwerdensium, Homburgensium & Dominorum de Kirckel probationibus munitam, quam data occasione in lucem emittere animus mihi est.

rum diversa conditione pauca addere lubet. Aliae erant villae regiae seu publicae. Eius generis erant sex villae, quas supra p. 19 ex litteris *Arnolphi* Regis de a. 1000 LXXXVIII in lucem produximus. *Rimilingas* clarum fuit temporibus Carolingorum officina picis, opere regio. Ex donatione *Otonis M.* supra allegata *Vrrebach* ad fiscum regium pertinuit. Castra etiam Comites a regibus habebant. Aliae dein villae erant Dynastarum & Comitum allodia. *Werinberus* ille fundator ecclesiae *Hornbacensis*, quicquid praediorum huic donavit, de suis tradidit. *Ramesbach* & *Myndinbach* villae fuerunt *Widonis*, Comitis, antequam eas monasterio *Hornbacensi* tradidit, & hanc quidem ea lege, ut rursus in precariam pro se & filiis suis acciperet, ac si quis illis litem ea de re intendere voluerit, ipsa villa *Myndenbach* in legitimum allodium reverteretur. *Curtis Ernustelwilre* erat praedium *Conradi* Comitis ex *Lotharingia*. Alia praedia & villae erant ecclesiis, praesertim *Hornbacensi*, propria, de quibus alibi. Imo in hoc pago etiam liberorum hominum, qui aevo posteriori milites vocati nobilitatis inferioris ordini originem dederunt, praedia reperias in *Hornbacensis* coenobii vicinia b).

b) Conspirant fane cum doctrinis a Viro perillustri I. A. *Koppio* in tractatu de insigni differ. inter S. R. I. Comites & nobiles immediatos, Sect. I. §. 5, 6, 9, & 15, litterae donationis *Diuringi* cuiusdam, liberi, puto, hominis, qui monasterio *Hornbach* tradidit talem proprietatem, qualem, ut ipsius verbis utar, *visus sum habere in Heringi Marcha*. Econtra Abbas dedit ipsi, quicquid in *Riswillri marcha* (hodie *Riesweiler*, quod ad vicum *Brenstelbach* pertinet) ex rebus *S. Pirminii* adiacens fuit. Hic autem illarum finis est: *Actum publicae in eodem monasterio IV. Non. Febr. Luna I. Anno incarnationis Dominice DCCCC LIIIIII.* sub Comite *Hartungo*, regnante *Ottone Serenissimo Rege Anno XXIII.*

Caput II.

Habitum pagi *Blesensis* erga Reges & Imperatores sub variarum Gentium Comitibus declarans.

§. I.

Agrum *Blesensem* in finibus *Mediomatricorum*, *Galliae Belgicae* populi, situm fuisse, tam ex iis, quibus illorum olim regio circumscripta erat terminis, quam ex dioeceseos *Mentensis* ambitu, intra quem pagus noster continetur, satis superque apparet. Atque sic eadem pagi nostri sub *Romanorum Imperio* vicissitudines fuerunt, quas universa *Mediomatricorum* civitas cum *Romanis* foederata subiit, quorum comorationis monumenta etiamnum apud nos supersunt bene multa, licet iam diruta nimis iaceant (a).

§. II.

Medio enim saeculo IV. provincia omnis *cisrhenana* ab
F
Ale-

a) Praeter illud, quod bis mille abhinc passus in agro nigro, vulgo *der Schwarzenacker*, detectum, & ab illustri viro, *Schoepffino*, descriptum iam in *Origg. nostrarum* c. I. p. 36. not g memoravimus *Laconicum*, probant *Romanorum* stationem sepulcra aedificio illi proxima, ad collem vulgo *der Heydenbuckel* dictum reperta & fere innúmera. Probant eandem numi *Romani* aeris argentei & cuprii, qui ibidem quotidie inveniuntur; probant & alia aedificiorum rudera fere iam sepulta, quae describere huius loci non est. Confer *Freberi Origg. Palat. P. I. c. III. p. m. 27.* edit. *Voegelin*, 1643.

Alemannis ad Rhenum superiorem & Francis ad inferiorem devastata est, quadraginta quinque Romanorum oppida, burgis & castellis minoribus omiſſis, everſa ſunt (b). Et quamvis a Iuliano Caefare Alemanni aliquoties devicti ſint, Romanorum tamen imperium his in regionibus maxime imminutum eſt. Neque vero diu iuris Alemannici fuerunt, quum in Alemannos ipſos ſaeculo quinto ad finem vergente poſt praelium ad Tolbiacum dominati ſunt Franci. Illos autem, apud quos iam trans Rhenum pagorum uſus obtinuit, eundem in agris a ſe occupatis introduxiſſe, pagorumque nomina iam priſcis populorum appellationibus ſucceſſiſſe, notiſſimum eſt. Ex iis igitur temporibus pagi Bleſenſis origo non minus, quam quae fluviorum (c) & vicorum (d) nomina etiamnum vigent,
ar-

b) Statum Galliae, Rhenenſis praefertim, qui tunc erat, ipſe declarat *Iulianus* in Epiftola ad S. P. Q. Athenienſem Opp. p. 972.

c) V. g. *Felsalb* ſ. *Trualb*, *Sualb*, *Pickenalb*, *Steinalb*, *Wablalb*, *Rotalb*, &c. quae terminationem habent Alemannicam. *Alb* enim fluvium denotat ex montibus procurrentem. *Alb* fluvius in Marchionatu Badenſi eſt, qui infra Luterburgum ex altera parte Rheni huic miſcetur, & nomen olim Albegoviae pago ac monaſteriis *Herrenalb* & *Frauenalb* dedit. Alius itidem pagus *Alpegovia* vocatus eſt a fluviolo *Alb* in Cleggovia, qui coenobium S. *Blafii* alluit, & dein inter urbes ſilveſtres Lauffenburgam & Landshutam paulo ſupra Hauenſteinium Rheno infunditur. In Comitatu Salmenſi in Arduenna ſilva etiam fluviolus *Alb* occurrit; atque in huius Ducatus praefectura Lichtenbergenſi bini vici *Oberalben* & *Nieder-alben* ab amniculo *Alb*, Glano fluviolofeſe miſcente, nomen traxerunt. Quin *Albis*, magnus ille Germaniae fluvius, eandem denominationis originem habere videtur.

d) Ad has ab Alemannis allatas cum Gauis ſuis nominum, quibus villae

arcessenda sunt. Pagis exortis Franci Ducum & Comitum, quae Romanae munerum militarium appellationes iam a Constantiniano aevo in ora Rhenensi auditae erant, formula immutata eos praefecerunt; ex quo Ducatus & Comitatus Geographicum acceperunt sensum, & Comitatus ut plurimum pro pagis, ac vicissim hi pro illis sumti sunt (e).

§. III.

Pagus Blesensis iam sub Francorum & quidem Merovaeorum regno contentus, facta huius inter Clodovaei M. filios quatuor partitione ineunte statim saeculo VI. Austrasiae Regibus, quorum primaria sedes Metis fuit, paruit, haud tamen ante Clotharii II. eiusque filii Dagoberti tempora illustratus est. Huic scilicet, magni nomen adepto, Monasterium Tholegiense (f), in extremo pago *Blesensi* situm, foundationem suam

F 2

ac-

villae, vici, castra, castella, oppida, compellantur, terminationes illustris *Schoepffinus* Alf. ill. Per. Franc. c. I. §. VI. p. 64. refert: *ach, auu, bach, berg, burg, eck, hausen, beim, kirch, stat, stall*, &c. in quas fere omnia vicorum & villarum etiam pagi Blesensis nomina desinunt.

e) *Schoepffinus* l. c. §. VII. p. 624. *Orig. nostrarum* c. I. p. 21.

f) Variis illud exprimitur nominibus *Tboley, Tboleya, Doleia, Tbolegium, Tholegiense, Dolegium, Dolegiense, Tholgium, Tbeologium, & Tbeologiense, Tabuleium*. Aedificatum est ad fluviolum, qui in Germaniae mediae adumbratione a Reverendo Abbate *Besselio* in prodr. Chron. Gottvic. exhibita *Tbolegia*, & in tabulis Ducatus Lutzenburgici atque Archiepiscopatus Trevirensis per Joh. & Corn. *Blaeu* excusis *Toley* appellatur, in valle floridis pratis amoenissima. *Ley* vero vocula sive *Leich*, quae, si latinam terminationem addas, per *Leya, Legia, Legium* exprimitur, significat,

acceptam fert (g). At quamvis certe concedam, illud Dago-
berto I. annuente in maiorem dignitatem evectum esse, ini-
tia tamen eius his temporibus & scriptorum memoria anti-
quiora fuisse (h), mihi persuasum habeo. Praecipuus vero eius
pa-

ficat, *Schiltero* in notis ad *Koenigsboven Chron.* Alf. p. 609. de
Marilegio in *Alfatia*, & ex eo *Schoepffino* Alf. ill. per. Franc. S. I.
§. 165. p. 705. observantibus, id quod *placens & amoenum* est. *Tbo*
vero Anglo-Saxonēs fecerunt ex *Tbon*, quae ex Graecia derivata
vox *terram, fundum*, indicat, conf. *Wachteri* Gloss. Germ. sub
hac voce. Quid igitur impedit, quo minus *Tholēya* idem sit ac
regio amoena, atque haec fluvio, quo irrigatur, & hic dein
monasterio nomen communicaverit? Magis certe haec
Etymologia nobis placet, quam illa, cuius fautores ad Theolo-
giam in monasterio diligentius traditam alluserunt, nomenque
monasterii, tanquam scholae Theologicae, sic nobilitare voluerunt.
Nihil dicam de eo, quod *Tabuleium* olim appellatum fuerit a
sectis in modum tabularum lapidibus; quam denominationis
originem fabulose tradit auctor vitae S. Pauli Virdunensis. vid.
Origg. c. 1. not. u. p. 24. & confer *Hombemii* hist. Trev. dipl.
T. III. de scriptt. Hist. Trevir. p. 984. itemque prodromum histo-
riae Trevirensis nuperrime editum T. I. scriptt. Franc. de rebus
Trev. p. 424.

- g) Referunt eam ad a. 627. scriptores omnes, qui monasterii origines
tetigerunt, *Bromerus* Annal. Trevir. L. VII. §. 27. *G. Buceli-
nus* in *Germania &c. sacra*, Part. II. p. 86. *Calmetus* hist. Loth.
T. I. p. 401. *Antiquitates Bursfeldenses* p. 140. aliique. Uberiorem
iis omnibus notitiam quamvis imperfectam suppeditat *Bruschius*
in *Chronol. Mon. Germ.* p. 452. seqq. Confer quoque in *Bernh.
Pezii* Anecd. T. I. part. III. *Johannis Egonis* librum de viris
illustribus *Augiae* divitis pag. 713. seqq.
- h.) Tradunt vero scriptores, praesertim Trevirenses & in iis *Bro-
wtrus* l. c. *Dagobertum I.* monasterii *Tholegiensis S. Mauritio* de-
di-

patronus vixit Dagoberti I. tempore *Grimo* seu *Adalgifus* (1)
F 3 cum

dicati fundatorem esse, atque in eo Modoaldi, Trevirorum Archiepiscopi, consilio & auxiliis usum fuisse. Falluntur, credo, in utroque. Quod si enim Anonymo, qui seriem Episcoporum Viridunensium condidit, in *Schannati* Vindemiis litter. Collect. II. n. XII. §. XIII. pag. 99. exhibitam fidem habeas, (est autem habenda) S. Paulus ex Abbate Tholegiensi Episcopus in locum Hermenfridi a. 621. defuncti successus est. Quamvis autem *Calmetus* in serie Episcoporum Viridunensium T. I. hist. Loth. p. LXVIII; praemissa S. Paulum 627--639. vixisse dicat, ipse tamen parum sibi constans eundem anno circiter 630. vel 631. obiisse affirmat in historiae contextu T. I. p. 401. Consentit vero cum serie illa ab Anonymo confecta, alia, quam idem *Calmetus* T. II. *Bertharii* aliorumque historiae Episcoporum Viridunensium p. LXIII. & LXIV. subiunxit ex historia Viridunensi edita Parisiis 1745; itemque Catalogus Abbatum Tholegiensium, qui mihi est Mscus, S. Paulum usque ad a. 621. quo ad regimen ecclesiae Viridunensis invitatus pertractus est, monasterio praefuisse, atque antecessorem habuisse S. Wendelinum tradit. Hic vero d. XXI. Oct. a. 617. ex hac vita excessit, postquam inde ab an. 596. vel 597. ecclesiam Tholegiensem gubernaverat. Neque is primus Cœnobii Abbas censendus est, si vitae eius Germanice typis exscriptae & Treviris an. 1745. editae credas, quae illum in locum praesidis defuncti electum & a. 597. a Severino Archiepiscopo Trevirensi consecratum fuisse Abbatem docet. En igitur origines monasterii annum saeculi VI. nonagesimum septimum superantes. Initia scilicet fuerunt exigua & iam obscuritate involuta, dein illud ex cella largitionibus Regum ac Dominorum in Cœnobium & Abbatiam surrexit, circa an. 627. Dagoberto I. regnante.

- 2) Saepius enim hisce temporibus plura nomina uni imposita occurrunt, quod exemplis probare superfluum hic est. In gestis Dagoberti Regis c. XXXII. per *monachum S. Dionysii* conscriptis, quae

cum regia stirpe cognatione iunctus (k), qui possessiones, ut cum *Browero* loquar, quas in Westrichii finibus habebat, amplissimas abiecit, & sui monasterii res latifundiis & circumiacentibus agris additis amplificavit. Atque idem Grimo S. Paulo ad Cathedram Viridunensem sua potissimum ope promotus, suoque olim moderatori, monasterium Tholegiense in patri-

mo-

quae in B. G. *Struvii* Collectaneis Mscorum fasc. I. absolvunt, occurrit *Adalgisus*, (vide l. c. p. 121.) Dux palatii, una cum Cuniberto Archiepiscopo Colonienfi, Sigeberti secundi, Dagoberti I. filii & Austrasiae Regis, a consiliis. Pipino Landenfi post mortem Dagoberti I. maiori auctoritate uso & potestatem maioris domus in Austrasia appetenti sive lubens sive invitus loco cessit *Adalgisus*. Confer de *Mezeray* Abregé Chronologique de l'histoire de France, edit. Paris. an. 1717. in 4to T. I. p. 391. Neque eum dein reipublicae gerendae adfuisse legimus. Quare ipsum aulae regiae celebritatem non solum fugisse, sed monasterium *Tboley*, in quo iuvenis a S. Paulo educatus fuerat, ipsi proprium, ingressum esse, ac tandem post S. Rodingum, S. Pauli successorem, & Chroduinum Abbatiam rexisse existimamus.

- k) Consentiant omnes in eo veteres ac recentiores scriptores, gradum vero cognationis definientes in diversa abeunt. *Bertbarius* presbyter in hist. Ep. Virid. brevior iam laudata, praedicat eum *Dagoberti Regis nepotem*. Sequitur illum *Browerus* l. c. & *Calmetus*, qui tamen voci huic generaliore significatum tribuendum putat. *Bruschius* vero eum falso dicit *Dagoberti fratrem*. Series Abbatum Tholegiensium Mscia appellat eum *Cblotarii Regis nepotem*. Quod si genus S. Arnulphi Episcopi Metensis, a quo Ill. *Koelerus* familiam Carolingicam derivare coepit, documentorum, quae *Calmetus* ad Genealogiam Arnulphi T. I. hist. Loth. in probb. attulit, ope altius repeteretur, possemus forte *Grimonem* l. *Adalgisum* nostrum eidem inferere. Sed id huius loci non est.

monio suo exstructum ita tradidit (l), ut deinceps ecclesiae Vir-
dunensi proprium & subiectum esset (m), qua de causa illud
quoque ab omni sacra sive Archiepiscopi Trevirensis, sive E-
pif-

l) Confer vitam S. Pauli Viridunensis in L. *Surii* vitis SS. T. I. Febr.
edit. Germ. p. m. 521. & in *Mabilionii* saec. 2. Benedict. p. 268. &c.

m) Ecclesiae Viridunensis iura in hoc monasterium identidem oppug-
nata tandem desierunt. *Hildinus* Episcopus Viridunensis, in dis-
fidiis inter Ludovicum pium eiusque filios illius partes secutus,
dein post eius mortem Carolo calvo amicus Lotharii I. adversus
se concitavit odium. Hic igitur Abbatiam Theologiam cum re-
bus aliis Ecclesiae Viridunensi ablatam cuidam Adelelmo dedit.
Laurentius monachus in hist. Virid. apud *Calmet*. hist. T. II. pro-
batt. p. XXI. haec narrat de Carolo calvo, sed minus recte. *Waf-*
sebourg ideo rectius id tribuit Lothario I. Neque Abbatiam E-
piscopi Viridunenses nisi post eius mortem recuperaverunt. Factam
vero ablationem post praelium ad Fonteniacum a. 841. inter Ludo-
vici pii filios commissum mihi subindicare videtur *Bertbarius* pres-
byter in hist. Ep. Virid. saepius iam laudata. Confer quoque
Calmetum hist. Loth. T. I. p. 638. n. XXVIII. Saeculi XI. annum
post quadragesimum Richardo Episcopo Viridunensi, Godefri-
dus Dux Lotharingiae inferioris ob comitatum Viridunensem aliis
collatum inimicus & gravis valde fuit, in Comitatum Viridunen-
sem invasit & plura praedia eripuit. Inter haec quoque tum fuit
oppidum S. *Wendelini*. Sed Dux postea & Imperatorem metu-
ens & poenitentia actus pacem cum Episcopo fecit (vide *Lau-*
rentii de Leodio hist. Ep. Virid. apud *Calmetum* l. c. p. XXIII.) &
inter alia *Centenam* (h. e. Dominium sive iurisdictionem) de
Wendelini curte, & alia iura, quae tunc temporis potestative in hac
civitate tenebat, eidem Episcopo & ecclesiae reddidit. Vide con-
tin. hist. Ep. Virid. per *Monachum S. Vitoni* apud *Calmetum* l. c.
p. XVII. Oppidum vero hoc, quod binis leucis a Thologio di-
stat, sine dubio ad Viridunensem ecclesiam ex donatione Grim-
onis cum monasterio pervenerat.

piscope Metensis potestate per aliquot saecula libera mansit, donec ab ecclesia Virdunensi rursus avulsa est. Atque eadem potest esse ratio, ob quam nullibi ad aliquem pagum relata (n), sed tantum in Vosago posita legatur. Quod vero cum coenobio coniunctum fuit allodium (o), ab Episcopis sequenti tempore in feudum datum est Comitibus, qui a Veldentia, castro ad Mosellam, nomen acceperunt (p), atque postquam a saeculo iam undecimo floruerunt, saec. XV. extincti sunt.

Sae-

-
- n) Est fere in meditullio inter pagum Sarensem, Blesensem, Navensem & Bedensem, magis tamen ad Blesensem spectat.
- o) *Valdentia* appellatur allodium ecclesiae Virdunensis in vita *Richardii* sive *Kicherii* Episcopi Virdunensis ad an. 1107. apud *Calmetum* l. c. p. 32. confer *Origg.* c. I. not. t. p. 22. lin. penult. seqq. *Fridericus I.* Imp. a. 1156. in litteris, quibus ecclesiae Virdunensi comitatum Virdunensem confirmat, memorat quoque *castrum Veldentia, Walsorvillare, Bemondula, curiam S. Medardi &c.* vide *Calmeti* hist. Loth. T. V. probb. p. CCLIX. Sunt eadem, quae hodie dicuntur *Beldens, Wolferstweiler, Baumholder, St. Medart.*
- p) Litteras feudales Episcoporum Virdunensium, quibus castra sua & praedia Comitibus istis concesserant, in lucem protraxit auctor scripti illius, quod adversus Cameras reunionis Metensem & Brisacensem ad tuenda Comitum Palatinorum in Ducatum Bipontinum iura saeculo superiori prodit: *Beschwerden über der Französischen Gerichts-Kammern etc. Verfahren wider das Herzogthum Zweybrücken* an. 1683. Beilage num. IV. & V. de an. 1334. & 1418 &c. Prima charta denominat sequentia: *Castrum Veldentiae cum banno & Advocatia, advocatiam Curiae de Moulins cum suis appenditiis* (Müllem in praefectura Veldentina) *Advocatiam Curiae de Bemoldia cum suis appenditiis*, (*Baumholder* in praefectura Lichtenbergensi) *Advocatiam Curiae de Wolffuweiler*

f. IV.

Saeculo VIII. nova lux pago Blefensi affulsit S. Pyrmini (q), qui post plura in Bavaria, Suevia & Alsatia exstructa

G

mo-

ler cum suis pertinentiis, (*Wolferweiler* in praefectura minori Nofeldensi), *Curiam de Fresenaco & Advocatiam cum suis pertinentiis*, (credo *Gräfen* in praedio Werdensteinensi, quod ante ad nobiles de Rouffillon pertinuit, nuper vero ad Abbatiam Tholegiensem iure emtionis transiit), *Advocatiam de S. Wendelino cum suis pertinentiis* (S. Wendel oppidum ad Blefam, quod una cum decem villis dominium S. Wendelini constituentibus, ditionis Trevirensis, dioeceseos vero est Metensis, ex quo colligi potest, illud certissime ad pagum Blefensem spectasse), *Advocatiam de Toile* (En ipsa Tholegia, in qua coenobium florer!) *cum suis appendentiis*, & *advocatiam de Nunkirch*. (Neukirch haud procul a Tholegia ad Blefam situm.) Adde ex *Joannis de Saraponte*, Episcopi Viridunensis litteris an. 1408. datis, *Curiam S. Medardi cum Advocatia & banno & suis pertinentiis* (S. Medart in praefectura Meisenhemensi). Advocatae vero in Tholey & S. Wendelini oppido nulla in illis mentio fit. Incertum est, quo tempore & iure Comitibus Veldentinis ea ademta fit. Illud patet, Comites eam saec. XIV. adhuc habuisse; eodem vero Advocatiam in Tholey ad Duces Lotharingiae pervenisse, cognovi ex diplomate Caroli IV. Imperatoris de an. 1361. quo Duci Lotharingiae sibi eam inter alia competere praetextenti, Advocatiam in Doleya concessit, vide in *Glafey Anecd.* S. R. I. historiam ac ius publicum illustr. T. I. diplom. Caroli IV. n. DXII. p. 638. Reliqua castra, oppida & vicos etiamnum possidet domus Palatina, maxime Bispontina. Atque haec igitur loca in pagis Moslensi, Naveni & Blefensi ad patrimonium Adalgisi, erga Tholegiense coenobium & ecclesiam Viridunensem tanta liberalitate usi, pertinuerunt.

q) Quae de hoc Alemanniae & Austrasiae Apostolo, Hornbacensis

coe-

monasteria in Aufrasia Hornbacense tandem condidit, duaque finitima (r) instauravit, adventu. Is scilicet, Caroli Martelli favore inprimis adiutus, odium Theodebaldi Alemanniae Ducis sibi concitavit, ab eoque Augia, coenobio ab ipso condito, pulsus est. Alfatiam igitur petiit, in eaque variis monasteriis originem dedit operamque navavit. Tandem a *Werinbero*, nobilissimo Dynasta Franco, qui plurimas in agro Blesensi, Wormatiensi & Spirensi possessiones habebat, evocatus huc appulit, & pagum nostrum coenobii Hornbacensis fundatione maxime nobilitavit. Factum id est, anno circiter 740. durante adeo interregno illo, quo Carolus Martellus post Theodorici IV. Calensis, Francia Regis, obitum solus, quamvis nonnisi maior Domus esset, regnavit ab an. 736. usque ad an. 741, quo ipsi in Aufrasia maior Domus Carolomannus filius, regiam interea dignitatem obtinente Childerico III. Merovingorum ultimo, successit. Atque sic in Carolum Martellum melius caderet charta decretalis surgenti coenobio data, & ab Henrico IV. in litteris, quibus privilegia Abbatiae Hornbacensis confirmavit (s), conservata, quam in Carolum M. [t] cui eam tribuit

coenobii Auctore, dicenda habeo, in opportunum magis tempus, quo vitam eius a *Warmanno* confectam ex *Broweri* sideribus illustribus, & *Mabillonii* actis SS. Benedict. Sec. III. part. II. p. 124. notis perpetuis illustrandam in lucem publicam prodire iubebo, reservo.

- r) *Weissenburgense* & *Tbolegiense*. Vixit tum in hoc Abbas *Buermerus* teste Catalogo Mscto, vide *Joh. Egonem* de viris illustribus Augiae divitis apud B. *Pezius* Anecd. T. I. parte III. p. 713. seqq.
- s) Datae sunt *Kalend. Januar. a. MLXXII. actum est Lorsum*.
- t) *Pirminius* enim a, 754 mortuus erat; quo tempore Carolus M. Au.

buit Henricus IV. Imperator, ab ipsis monachis sine dubio in hunc errorem inductus. En ipsa chartae illius decretalis verba. Igitur, inquit ille, dum Venerabilis Vir Pyrminius Episcopus cum monachis suis in ista provincia, ubi nos Deo dispensante Principatum tenere videmur, ad praedicandum verbum Dei missus, Pontificibus eum vocantibus, advenit, & in eremo vasta Vosago habitacula sive monasteria ex nostro permissu, nostrorumque fidelium aedificare conati sunt, & basilicas in honore Salvatoris & S. Mariae, & S. Petri, ceterorumque Sanctorum dedicarunt, Celsitudini nostrae suggererunt, ut licentiam & adiutorium ad ipsa monasteria construenda & stipendia victualium & vestimentorum ipsis monachis largiremur. Ideoque gratia Dei Omnipotentis, nostra serenitate largiente nostrorumque successorum permittimus, insuper addimus, ut sub nullius civitatis Episcopi potestate sint, sed sub nostra, Regumque immunitate quieti permaneant, ut nullus unquam potestatem habeat in eorum monasteria Abbatem mittere, sed ipsi de semetipsis secundum Deum & Regulam sanctam sibi instituire pastorem. Carolo M. Imperatore Ingelnhemii conventum cum Principibus celebrante Wernberus Comes illustris coenobii Hornbacensis fundator, aut fundatoris filius, statutum eiusdem confirmandum curavit [v]. Idem Carolus M. confirmavit foundationem cellae seu monasterii in Salona [x] per Fulradum

G 2

dum

Austrasiam nondum tenuit; neque igitur ille huius chartae auctor esse potest, nisi eum de re nuper ab avo aut patre gesta tanquam de re praesenti loqui seu chartam ipsam in suspensionem vocare velis.

- v) Data est charta apud Ingelnheim III. Idus Maii. Annum vero non expressum fuisse dolemus. Pluribus de ea agemus Origg c. III.
 x) Prioratus Salonensis fuit ad fluvium Seille in Lotharinga haud pro-

dum Alsatiensem [y] Abbatem S. Dionysii. Ad eam inter alia spectabat *Blithario* villa super Fluvium *Sarava* & *Blessa* [z]. Quare idem Fulradus in testamento, quod an. 777. condidit, foundationes suas confirmans inter praedia sua tam illud memorat, quam quicquid in pago *Blesinse* visus sit habere [a].
Lu-

procul ab oppidis Vico & Marsallo in Lotharingia; vide privilegium Caroli M. quo coenobium istud a potestate Metensis Episcopi eximit, in *Calmeti* T. II. hist. Loth. probatt. p. CXII. ad an. 777.

- y) De Abbate hoc a Pipino & Carolo M. Regibus maximis rebus tractandis adhibito, illustri Alsatiae Dynasta, vide *Schoepflinum* in Alf. ill. P. Franc. c. V. §. XCIII. p. 667
- z) Vidit Caroli M. litteras, in quibus *cella Salona cum Blithario villa super Saravam & Blesam* occurrunt, *Valesius*, ut ex eius Notit. fr. vet. p. 98 B. refert *Paullini* de pagis p. 19 sub voce Salnensis.
- * Testamentum illud, quod non solum reperitur in *Felibien* hist. de S. Denys, sed etiam apud *Mabillonum* Act. SS. Bened. saec. III. part. II. p. 241. haec habet: *Ego Fulradus --- dono --- omnes res proprietatis meae --- Et villas denominatas, quas Theudericus mihi tradidit. Id sunt Blithario-villa cum appendiciis suis: Auricas, Machera cum appendiciis earum, Gamundis cum appendiciis suis.* Male, credo, *Paullinius*, qui sua hic ex *Valesio* l. c. depromsit, per eam villam Bleis, Bliessen, indicari autumat. Neque enim haec super fluvium Saravum posita est; sed *Blittersdorf* villa, quae in mappis Geographicis *G. Mercatoris* expressa invenitur, & proxime abest a Saravae & Blesae coniunctione; confer chartam foundationis prioratus Cellensis data per *Maynardum* Comitem de *Morsperg* a. 1125. cuius translatio antiqua Gallica apud *Calmetum* in hist. Loth. T. V. probb. haec habet: *Certaines possessions, que l'on dit appartenir au droit du Monastere de S. Denys, à sçavoir, Bliterstorf avec ses appendices &c. Auricas Machera* videtur esse *Ormascher*, villa haud procul remota a *Blittersdorff*. *Gamundis* vero *Saargemund*, confluentes Saravae & Blesae. Post plurimum villarum
&

Ludovicus pius Imperator, Lotharius I. & II. Arnolphus & Ludovicus infans coenobium Hornbacense multis iisque egregiis privilegiis ac donationibus ornarunt, & testantibus aliis chartis tūti suat. Ludovicus pius in charta quadam [b] Lambertum & Herardum, quibus proprium est monasterium in Orembach, fideles suos appellat, eundemque Lambertum in aliis litteris [c] Comitem & Virum illustrem, atque in privilegio quodam ecclesiae Hornbacensis heredes esse monasterii proficitur [d]. Wyrundo Abbate Orembacensi circa an. 810. apud Imperatorem de rebus & bonis quibusdam in Gylnheim & in

G 3

lo-

& locorum recensionem pergit Fulradus : *Similiter in Saloninse & Scarponinse, & Calmontinse, & Blesinse, & Rosalinse, quicquid in ipsos pagos visus sum habere &c.*

- (b) Charta confirmationis Domini Hludowici Imperatoris super bonis & rebus in Gylnheim, & in loco, qui dicitur ecclesia Abbonis. *Data VII. Idus Augustas an. Christo propicio VI. Imperii Domini Hludowici piissimi Augusti indictione XII. Actum Ingelnheim palacio Regio.* Incidit hoc in an. 820.
- (c) Appropriatio & divisio cuiusdam Marche facta per Hludowicum Imperatorem in ecclesia Hornbacensi. *Durandus Diaconus ad vicem Fridugisi recognovi. Data VI. Idus Januarias anno Christo propicio Imperii Domini Hludowici piissimi Augusti. Data igitur est anno 823.*
- (d) In privilegio Domini Ludovici de libertate Hornbacensis ecclesiae ab omni theloneo. *Durandus diaconus ad vicem Helysachar recognovi. Data Kln. Septembris anno primo Christo propicio Imperii nostri, indictione septima. Actum Aquis gravis palacio nostro.* Incidit igitur in an. 814. Exstat praeter dictas Ludovici pii chartas privilegium seu confirmatio Domini Ludovici super hominibus ingenuis super terras monasterii in Hornbach commorantibus & de libertate eorundem.

loco, qui dicitur *ecclesia Abbonis*, iniuste monasterio iam Caroli M. tempore ablatis conquesto, ablegavit ille ad rem inquirendam Donatum missum Dominicum, qui etiam, ut ea tantum afferam, quae Blesensem pagum respiciunt, inter alia Imperatori retulit, quod in pago *Blisense de quadam ecclesia quae dicitur Apponis cum suis appendiciis, quae praedicto monasterio conlata est, Wichbertus Comes ad partem dominicam propriiserit*. Placitum igitur est Imperatori, ut ablata monasterio redderentur.

§. V.

Quae Ludovicus pius concesserat aut praeceperat, confirmavit dein (e) Lotharius I. an. 10cccxxxiv. Huic pactis tandem Virodunensibus praeter dignitatem Imperatoris & Italiam, totus terrarum tractus obvenit, quem Rheno ex una parte, Rhodano, Saona, Mosa & Scaldi ex altera termi-

(e) Factae sunt omnes hae confirmationes an. 834; prima, libertatis ecclesiae Hornbacensis a theloneo. *Data XV. Kln. Decembris anno Christo propicio Imperii Domini Lotbarii gloriosissimi Augusti in Francia & in Italia XIII. indictione XII. Actum Moguncia civitate*. Altera super hominibus ingenuis, (vid. not. d). *Linthausus Notarius recognovi. Data XV. Kln. Januarias anno Christo propicio Imperii Lotbarii Augusti gloriosissimi in Francia primo in Italia XIII. indictione XII. Actum Moguncia civitate*. Tertia super bonis & rebus in Gylnheim, & in loco, qui vocatur ecclesia Abbonis. *Linthausus Notarius recognovi. Data XV. Kln. Januarias anno Christo propicio Imperii Domini Hlotbarii gloriosissimi Augusti in Francia & in Italia XIII. indictione XII. Actum Moguncia civitate*. Linthausum Notarium inter Cancellarios Lotharii I. Imperatoris, quos B. a Mallinkrot de Archicancellariis & Cancellariis &c. in *Wenckeri collectis Archivi & Cancellariae iuribus* p. 236--238. recenset, haud invenias.

minatum fuisse constat; Ludovico Germanico Francia Orientalis (nobis transrhenana) una cum pagis Spirensi ac Wormatiensi, & Marca Moguntina (f); Carolo calvo Francia occidentalis. Anno 1000. Lotharius de vita decedens secundo ex tribus suis filiis, Lothario II. seu iuniori, dimidiam illius tractus intermedii partem, regio dein Lothariensi s. Lotharingico nomine insignem, uti altera pars versus meridiem, quam Carolus natu minor accepit, regni Provinciae seu Burgundici appellationem sortita est, reliquit. Ex eo igitur tempore pagus noster Blesensis in ditione Lotharingiae Regum fuit. Existit quoque Lotharii II. erga monasterium Hornbacense in pago nostro liberalitatis documentum. Confirmavit enim illi decimam picis in Rymelingas iam a Carolo M. traditam. Regnum Lotharingicum an. 1000. post obitum Caroli fratris parte Burgundici auctum, Lothario II. etiam mortuo anno 1005. frater natu maior Ludovicus II. Imperator obtinere debuisset, iure tamen eiusdem invito post bienne dissidium Carolus calvus in fratres iniurius & Ludovicus Germanicus in Procafpide super fluvium Mosam ita diviserunt, ut ille Lotharingiae partem, quae ad Franciam occidentalem spectabat, hic partem Lotharingici regni Franciae, orientali & Rhenensi contiguam, acciperet, adeoque iam duobus regnis praeesset, quorum posterius Westrasiae seu Occidentalis, si Franciam orien-

(f) Quam vagus igitur & falsus est ill. *Ludolfus*, dum Rhenensem provinciam olim ad regnum Lotharingicum pertinuisse, temere affirmat, conf. *Origg.* cap. proluf. p. 9. n. 1.

(g) Hic est chartae finis. *Bernbarius ad vicem Archambaldi recognovit.* Data III. Non. Julii an. Christo propicio regni Domini Lotharii gloriosi Regis X. indictione XIII. Actum Gundulsi villa palacio regio.

orientalem respicias, regni titulo insignitum vulgo est. (b) Ex hac Ludovici Germanici portione fuerunt quoque Sarachowa subterior, & inferior, ac *Blesitchoma*, pagi confines. Ex eadem quoque expresse memoratur *Niumonasterium*, Neumunster ad Blesam prope Otvillam. Cuius foundationem iam an. 1000. (i) factam ab Adventino Episcopo Metensi instauratam an. 874. confirmavit (k) Ludovicus Germanicus Rex.

§. VI.

Atque hoc Westrasiani regni initium prima videtur esse epocha mutatae sensim formulae pagi Blesensis. Patebit enim ex sequentibus, hunc ipsum pagum, cuius dominos alta Francorum gente propagatos nec regia stirpe nobilitate inferiores iam ante regni Lotharingici ortum usque in agrum Wormatiensem & Spirenses possessiones suas extendisse, & magnis illis Comitibus Wormacensibus originem dedisse, ex documentis aevi Pipiniani, Carolini, Ludoviciani ac sequentis c. III. demonstratum dabimus, regno Lotharingico cum Francia Orientali coniuncto, ad hanc magis spectasse, quam regioni Lotharingicae cisSaranae innexum fuisse. Regnavit autem Ludovicus Germanicus usque ad an. 1000. & regna filiis tribus dividenda reliquit; ex quibus Ludovicus II seu iunior, Rex orientalis Franciae, a Bavaria & Alemannia distinctae, factus per conventionem Furonensem an. 1000. cum Lu-

(b) Confer *Origg.* c. I. p. 13. not. t. &c.

(i) In charta foundationis pagus Blesensis vocatur *Comitatus Blesensis & Comitatus Odacri.*

(k) Vid. *Origg.* c. I. pag. 18. not. h. de hac confirmatione novae foundationis per Episcopum factae. Novi monasterii quoque nomine Prumiense venit.

dovico balbo, Franciae occidentalis Rege, initam, suae Lotharingici regni portioni reliquam, a Carolo calvo adhuc occupatam, addidit. Cum in Ludovici huius iunioris, tum in Carolomanni, Bavariae Regis, regna tertius frater, Carolus crassus, successit; cui exauctorato successus est Arnolffus, Carolomanni expellente filius, Rex & Imperator. Hic primo statim regni sui anno *nobili Viro Folcwin* sex hobas in villis regiis, quas supra recensui (l), in pago *Bliesfiggowe* in Comitatu *Ereinfridi* donavit. Videtur haec traditio respexisse ad ecclesiam Hornbacensem, in cuius Chartulario eam reperi, (facta enim esse dicitur *ob eterne mercedis augmentum*), aut ipsi Folcwino commendata fuit Abbatia Hornbacensis. *Ereinfridus* vero Comes, in cuius potestate erat pagus Bliesensis, idem est cum *Ereinfrido* Comite, qui cum *Aldagunda* sive *Adelgunde*, coniuge, an. 1000. in charta praestaria *Theotelachi* Episcopi *Worm*, (m) occurrit, &

H

prae-

(l) C. l. p. 19 not. k. En ipsam Arnolff Regis traditionem: *In nomine sancte & individue Trinitatis Arnolffus Dei gratia Rex. Innotescat omnibus fidelibus nostris presentibus atque futuris, quia nos cuidam nobili viro Folcwin vocato in pago Bliesfiggowe in Comitatu Ereinfredi in villis, que dicitur Walabisheim, Felishalba, Lantolvinga, Roslogowe, Medilinisheim & Appenbiricha sex hobas cum quinque mancipiis omnibus ad eas de bobis iuste pertinentibus ob eterne mercedis augmentum in proprietatem donavimus perpetuam. - Signum Domini Arnolff invictissimi Regis. Arnestus Cancellarius ad vicem Theotmari Archi-Capellani recognovi. Data IV. Kln. Julias anno Inc. Dominice DCCCLXXXVIII. indictione VI. anno regni Arnulff piissimi Regis I. Actum Franconofurt. In Dei nomine feliciter Amen.*

(m) Vide eam in *Schannati* hist. *Worm*, probb. n. X. pag. 10. Iterum mentio eius fit in *Arnolff Imp.* dipl. de an. 897. quod ibidem n. XI. pag. 10. & 11. invenitur.

praedia insignia in agro Wormatiensi possedit. Atque hoc ipsum meam de pagi Blesensis ad Franciam Rhenensem, a Lotharingia separatam, relatione declarat opinionem. Arnolfus eventu satis infelici regno Lothariensi, quod propter Gallos & Normannorum incurfiones proprio ac praesente indigebat Rege, an. 10 cccxcv. praefecit Zuenteboldum, ex pellice filium, cuius quippe culpa morumque asperitate regnum illud valde turbatum est. Quare Ludovicus infans non solum ipsi bellum intulit, sed & an. 10 cccc. caeso successit, inque Lotharingia Franciaque Orientali regnavit ad annum usque 10 ccccxii. Nul- lum prorsus Zuenteboldi exstat liberalitatis erga ecclesiam Hornbacensem aut alius praecepti documentum. Atque ego etiam existimo, Blesensem pagum, aut eam certe eius partem, quae Franciam Rhenensem respicit, & coenobium Hornbacense cum eius patrimonio Dominorumque illius allodiis comprehendit, Zuenteboldo non paruisse, sed sub potestate Regum Germaniae Comitumque Wormacensium mansisse. Anno enim 10 cccc. iam obvius est *Walaho* Abba-Comes, qui una cum Comitatu Wormaciensi & Spirensi Abbatiam Hornbacensem tenuit, in diplomate Ludovici infantis, cuius scilicet intimus erat familiaris (n).

Ea

(n) Ipsas Regis litteras, quum haud exigui sint momenti, edere hic lubet: *In nomine sancte & individue Trinitatis Hludovicus divina favente clemencia Rex. Noverit omnium fidelium vrorum presentium scilicet atque futurorum industria. Quia nos rogatu Hattonis Venerabilis Archiepiscopi & Adalberonis dilecti magistri & Episcopi nostri cuidam Venerabili Monacho Walahonis, dilecti Comitum nostri Abbatis, Wenilo nominato de monasterio sancti Pirmunii, quod vocatur Hornpach, quasdam res iuris nostri in pago Spirag-*

§. VII.

Ea tamen pagi Blesensis pars, quae Lotharingiam magis Saramque respicit, Lotharingis Comitibus eodem tempore, quo reliqua Francicos habuit Dominos Comitesque, paruisse videtur. Jam ante saeculum IX. medium in charta fundationis coenobii Neumunster prope Otvillam hoc ipsum castrum, quod olim quoque Blieseck vocabatur, cum suis appertinentiis, Comitatum Blesensem itemque Comitatum Odacri Comitis

H 2

au-

raggome in Comitatu sui senioris fitas, hoc est in villis Grunbeim & Contemaristein bobas duo cum curtibus, aedificiis, mancipiis omnibusque rebus istuc iuste respicientibus ---. Signum Domini Hludowici Serenissimi Regis. Ernstus Cancellarius ad vicem Theotmari Archicapellani recognovit. Data IX. Iduum Octobrium die anno Incarnacionis Dominice Mcccc. Ind. III. an. regni Domini Hludowici piissimi Regis I. Actum Triburias. In Dei nomine feliciter Amen. Comitatum Walahonis in pago Wormazfelda Arnolfus iam memorat in diplomate de an. 897, quo Ecclesiae Wormatiensis bona atque possessiones auget, in *Schannati* hist. Worm. probb. n. XII. p. 11. Fratrem habuit Stephanum, cuius charta legitur in Traditt. Fuld. apud *Pistorium* Scriptt. Rer. Germ. VI. pag. 572. & *Koppium* de insigni diff. Comit. &c. p. 25. -- *Qualiter ego Stephan humilis Comes cum Venerabili Abbate Fuldensis coenobii videlicet Huogge nobis placitum inivi concambium, quod etiam cum consensu & licentia Germani mei Walahes facere non omisi, qui se ipsum in regio palacio, quod dicitur, Thribure de subnotatis locis, si in eis aliquid proprietatis haberet vel habere debuisset, fecit extraneum adversus me &c. factum est a. 900. De Walonis & Stephani reliqua cognatione vid. Eckbard de R. F. O. T. II. L. XXXII. §. XLVII. p. 800. ad a. 901. De Abba-Comitibus agit S. C. Buri in libro egregio: Erläuterung des Lehens, Reichs &c. edito 1746. p. 239. seqq.*

audire, iam supra (o) annotavimus. Sic idem in confirmatione novae foundationis, per Ludovicum Germanicum factae, anno 10ccclxxiv. Comitatus *Blesinse* vocatur (p). Praeter Odoacres hos eorumque posteros (q) obvii nobis an. 10cccc. facti sunt *Gerhardus* & *Matfridus*, Comites Lotharingiae tum nobilissimi, de quibus scriptores multa loquuntur, & inter alia *Regino*, Prumiensis Abbas, ad an. 10ccccv. haec habet: *Conradus Comes filium suum Conradum misit cum armorum non modica manu, ut irruerent super Gerhardum & Matfridum fratrem eius, eo quod honores suos & Gebhardi fratris eius videlicet possessionem S. Maximini & S. Mariae ad horrea violenter invasissent: quibus exercitus ex regno Lotharii sociatus est. Pervenerant autem usque in pagum Blesiacum rapinis & incendiis hereditatem & possessionem supradictorum fratrum ac satellitum eorum depopulantes. Porro Gerhardus & Matfridus a Castro, in quo se muniterant, legationem mittentes pacem petierunt: qua concessa datis ex utraque parte sacramentis, usque in octava paschae exercitus ad propria discessit (r).*

Fa-

(o) Vid. §. 6. & not. i.

(p) Confer Cap. I. p. 18. not. h.

(q) Plures certe eiusdem nominis occurrere Saec. X. infra notabimus.

(r) In scriptt. rer. Germ. Collect. *Pistorianae* edit. *Struv.* T. I. p. 99. Male vero pagum Blesiacum cel. Struvius illum esse suspicatur, qui Blesensis veteribus, hodie le Blaisois dicitur, cuius urbs primaria est Blois, prope pagum Aurelianensem. Est potius pagus noster, haud ita procul a Treviris dislitus & Lotharingiae conterminus. Optime huius expeditionis a Conrado, Conradi Comitis Franconiae & Wederoviae filio, an. 10cccxii. in Regem Germaniae lecto, adversus Comites Lotharingos susceptae rationem

nem

§. VIII.

Familia Carolingorum apud Germanos extincta, Carolus simplex, Francorum Rex, Regnum Lotharingiae occupavit, atque ex eo tempore Franciae Orientalis & Occidentalis Reges de eo inter se varia fortuna disceptarunt. Henricus tamen Auceps, Imperii iurium vindex, Lotharingiam a. 1000. recuperavit, eidemque Ducem praefecit Giselbertum. Atque ad illam periodum, turbarum plenam, scriptor domesticus isque gravissimus *Calmetus* (s) origines tot statuum separatorum singulorumve suis Dominis, nonnisi a Rege pendentibus, subditorum refert, quorum, nexu cum Lotharingia iam sublato, quivis suam potest historiam. Ita vero Abbas Venerabilis: *Dela cette foule de petits Seigneurs Regaliens entre l'Empire d'Allemagne*

nem auguratus est summus *Gundlingius*, in diff. de statu rei Germ. sub Conrado I. §. VII. not. 1. p. 44. Neque ab eo dissentit ill. *de Ludwig* in diff. de Conrado I. p. 13. Castrum illud, in quo se muniisse dicuntur Gerhardus & Matfridus est vel Blesense, quod hodie vocatur Bliescastel, vel quod olim appellatum est *Stieß* et hodie Orvilla, Odacri villa. Prius *Eckbardo* videtur, nec iniuria, cum hoc sub potestate aliorum Comitum fuerit. *Satellites* hic memoratos fuisse vasallos & milites dictorum Comitum, observavit *Hontbemi* Prodr. hist. Trev. p. 268 & 269.

- (s) Quem, si auctoritatibus pugnare velimus, *Ludolfo* fabulam Cocceianam narranti (vid. c. I. p. 9. n. 3 & 5.) vel solum opponere possumus. Fabula scilicet est, omnem illum tractum, qui inter Rhenum & Mosellam iacet, Lotharingiae partem, Comitesque Ducibus subiectos fuisse, explosa dudum, ut ex multis unum eumque illustrem Ludwiganae sectae oppugnatorem adducam, per ill. *Koppium* in tract. de inf. diff. inter S. R. I. Comites & nobiles immed. §. XI, XII, XIII.

magne & le Royaume de France formés par la foiblesse ou par la division de ces deux Puissances. Si l'une des deux troubloit ces petits Seigneurs dans l'exercice de leurs droits; Ces Seigneurs étoient sûrs de trouver de l'appuy & de la protection dans la Puissance voisine & rivale. Telle fut l'origine des petites Seigneuries Regaliennes --- de Castres (t) de Sarwerden (v) de Sarbourg (w) de Deux-

-
- (t) Comitatus de castris (hodie Bließkastel) occurrit iam Saec. XI. Otto I. scilicet a. 960. castrum hoc donaverat Episcopo Metensi. Hermannus dein Episcopus, qui Metensi ecclesiae ab an. 1073. usque ad an. 1090. praefuit, Godefridum, qui ecclesiae Metensi magna praestiterat officia, investivit Comitatu de castris. Ab hoc Godefrido genus Comitum de castris haud interrupte derivari potest usque ad illius interitum; vide *Calmet* hist. Loth. T. II. p. 546. not. 6. & Remarques sur le Comté de Castres p. XXIV. Accedet aliquando horum Comitum familiae maior lux ex lucubrationibus meis.
- (v) Comitatus Sarwerdensis complexus est cum allodia tum feuda Metensia & Imperii. Quam horum Comitum paratam habemus Genealogiam probationibus munitam, in ea stirpem familiae feci *Fridericum*, qui an. 1135. vixit, ac se Sarwerdae Comitem profitetur.
- (w) Sarburgi & castri Sarbruck frequens confusio haud mediocrem saepe creat difficultatem. *In pago Saronensi in Comitatu Bedensi monticulum, qui antea vocabatur Churbelin, nunc autem Sarburg, super fluvium Sarove legali traditione ab Archiepiscopo Trevirensi an. 964. accepit Sigefridus Comes Lucemburgicus* (vide ipsam chartam in *Hontbemi* hist. Trevir. T. I. pag. 101. Hic dein illud ad filium Adalberonem transmisit, qui id an. 1037. adhuc possedit. Neque ex sententia Camerae reunionis Metensis apparet, Sarburgum unquam fuisse Comitatum aut suos habuisse Comites, vel Dominos peculiare. Qui igitur an. 966. *Venerabilis Oda-*
cher

Deuxponte (x), *de Sarbruche* (y) ----. Atque hanc sententiam quam & suam facit summe reverendus *Honthemius*, ita ex illorum temporum conditione documentisque clarissimis temperamus, ut quum iam antea Comites Lotharingi post solos

Re-

cher Comitatus Sarburg praesse cognoscitur in charta foundationis Abbatiae Vergaville, quam vide in *Calmeti* hist. Loth. T. II. probb. p. CCXXI, omnino non castri Sarburg Comes aut Dominus esse potuit, sed recte a Ven. *Calmeto* Comes in Sargawf. Sarbruck fuisse existimatur. Cave quoque castrenses de Sarburg pro Comitibus de Sarburg habeas. Est autem Sarburgum hoc, de quo loquimur in inferiori Sargovia ac Trevirensis ditionis. Aliud Sarburgum in superiori Sargovia ab antiquo Metensibus Episcopis subiectum fuit.

- (x) Comites Geminipontis fere nihil nisi allodia ex francorum Dynastiarum pagi Blesensis, Spirensis & Wormatiensis haereditatibus in se derivata habuerunt. Castra Geminipontis, Hornbach, Tabernae montanae, & quod his vicinum fuit Landeck cum villis eo pertinentibus, quae Comitatum fere absolverunt Bipontinum, talia fuerunt. Praeterea iis quaedam tantum praedia a Duce Lotharingiae & Episcopo Metensi concessa sunt, quorum intuitu se nonnunquam homines professi sunt. Sed de his cap. V. pluribus.
- (y) De Comitatu Saraepontano alibi iam diximus; vide *Genealogiae Comitum Geminipontis*, Spec. I. p. 5. not. q. Addimus, neque Comitatum neque villam s. oppidum Sarbruck, sed solum Castrum fuisse feudum Metense. Comitatus quippe pendebat ab Imperatore, quod vel ex solo Henrici IV. Diplomate apparet. Maxima terrarum pars allodia fuerant. Concedit quidem *Ludolfus* (vide *Origg. prolus.* p. 10. n. 4.) affirmante sic *Goeddaeo* T. IV. Consil. Marburg. Comitatum Sarwerdentem fuisse ex parte allodiam. At de Saraepontano omnem prorsus ignorat rationem. Comitum haereditarium Saraepontis ex Saec. XI. deductum videre licet in *Genealogia Com. Geminip.* Spec. I.

Reges regnarent, & ab his, haud intermediis Ducibus, penderent, (quae verissima iuris publici doctrina ex sexcentis exemplis probabilis est) quidam tamen ex illis, nexu cum Lotharingiae regno tum sublato, iam terris suis aliam sensim induerent formam; quod quidem de pagi Blesensis dynastis eo minus dubium esse potest, quo certius illius pars Orientalis & Australis, qua scilicet Wormatiensi & Spirensi pago conterminus fuit, cum his arctissime coniuncta, atque eorum Comitibus subiecta fuisse mihi visa est (z).

§. IX.

Post Henricum Aucupem Otto M. communi Germanorum & Lotharingorum studio creatus Rex, duobus regnis praefuit. Occurrit sub eo an. 1000. in castro Hornbach & pago nostro Comes *Hartungus* (a), maioris credo Wormatiensis Comitatus Vicarius, aut certe Advocatus ecclesiae Hornbacensis
ab

-
- (z) Neque tum hoc insolens fuit, quod pars pagi ad alium relata, aut plures pagi coniuncti unius Comitatus potestati subiecti fuerint. Sic Navenis pagi eam partem, quae ad agrum Wormatiensem spectabat, ad hunc expressis verbis refertur, vide c. 1. p. 21. & not. s. E contrario unus pagus plures habuit Comitatus. Pagus Arduennensis plures in se comprehendit Comitatus. Atque etiam unius pagi Comitatus in alterum saepius fuit extensus. Comitatus Bedensis an. 1000. non pagi solius Bedensis terminis arctioribus circumscriptus fuit, sed & Sarburg castrum ad pagum Sarensem pertinens sub se continuit. *Hontbemi hist. Trev. T. I. p. 101.* Idem exemplum Comitatus Blesensis §. IX. offert. Quot forte olim castra in pago fuerunt, tot fisci, tot Comitatus.
- (a) Vide litteras an. 950. sub Comite *Hartungo*, regnante *Ottone* *Sevencimo an. XXIV.* datas. *Origg. cap. 1. pag. 38. not. (h).* Confer l. c. pag. 21.

ab eius Dominis vel Imperatore constitutus. Comitatus Ble-
fensis Ottonis M. tempore pagum minorem Coslensem, **Cus-**
selgau (b), sub se comprehendit; quod clare satis indicat,
pagi Blesensis partem cum Coslinse, qui, Navenfis pars,
Wormatiensibus paruit Comitibus, Franciae Rhenensi, non
Lotharingiae adiunctam fuisse. Comes maior Wormatiensis
sive Dux, tum auctoritate, opibus & potentia floruit Otto,
cuius etiam precibus Otto M. locum relinquens monasterio
Hornbacensi non solum sex mansos *in villa regia Quidersbach* (c),
in Comitatu ipsius praefati Ottonis (d), & *in pago Wormesfeldt*
vocato iacentes, sed etiam *quoddam macellum in Vrrebach*, vi-
co ab urbe Biponto leuca dimidia remoto, donavit (e). Jam
nos in Lotharingiam convertamus, & oculos pago Blesensi
ad eam spectanti regionique vicinae adiiciamus. Comitatum
Odacri Comitis, quem etiam Comitem Blesensem fuisse, supra
cognovimus (f), ob multa in pago Bedensi, Sarenfi & Ble-
senfi allodia ad posteros, filium credo, & nepotem propaga-

I

tum

-
- (b) Testibus tabulis Imperatoris, an. 10ccccxviii. coenobio S. Remi-
gii seu Abbatiae Cussellensi datis, vide *Origg.* c. I. p. 21. not. r & s.
- (c) Vicus hic proxime abest ab oppido Landstuhl, neque adeo
procul a finibus pagi Blesensis.
- (d) Est is, qui vocatur Dux Carinthiae & Comes Veronensis. Re-
curret nobis c. IV. in origines familiae Augustae Salicae inda-
gaturis.
- (e) Litterarum hic finis est: *Signum Domini Ottonis M. & invictis-*
simi Imperatoris Augusti. Willigifus notarius vice Kobberti Archi-
cappellani subscripsi. Data Kln. Decembr. anno incarnationis Domi-
nice DCCCCLXXIII. Ind. XV. anno regni Domini Ottonis XXXIII.
Imperii autem XIII. Actum Franconesfurt.
- (f) Vide supra §. 7. ad an. 10cccxxxi.

tum fuisse, collegimus ex eo, quod post illum an. 10cccxcv. occurrat *Odoacer*, Comes vel in pago Arduennensi, vel quod Ven. *Hontbemio* videtur, Trevirorum (g). Post saeculi dimidii intervallum & quod excurrit obvius est an. 10cccclxvi. *venerabilis Comes Odacher in Saraburg* sive *Sargovia*, itemque an. 10cccxcvi (h). Atque hos comites inter maiores *Sigeber- ti*, familiae Comitum haereditariorum *Saraepontanorum* auctoris, numerandos esse, mihi veri simillimum est (i). An. 10cccclxxxii. occurrit *Conradus Comes filius quondam Rudolphi Comitis*, ad quem *curtis Ernustelwilre* in pago *Bliesfiggowe* per- ti-

-
- (g) Vide *Hontbemii* hist. Trevir. T. I. p. 232. ad an. 895. & *Calmeti* hist. Loth. T. II. probatt. p. clxii. ad an. 896. in diplomate, quo *Zuenteboldus* prioratum *Salonensem* restituit *Abbatiae S. Dionysii* in *Gallia*, atque hoc facere se dicit interventu *Odoacri & Reginbarii fidelium suorum*. *Odoacer* hic praecedit *Reginhardum*, *Lotharingiae* dein *Ducem*.
- (h) Bina documenta exhibet Ven. *Abbas Calmetus* in hist. Lothar. T. II. probatt. p. ccxxi & ccxvi. in quorum primo, quod est littera donationis *Abbatiae Vergaville* factae per *Sigericum Comitem* an. 966. haec leguntur: *in Comitatu Saraburg, ubi Venerabilis Odacher cognoscitur praeesse, in villa Widirgo Deldorf, (hodie Wiberstorff)*, alterum vero reliquit ipse *Odacker*, qui an. 991. anno *Otonis II.* regni undecimo *Abbatiae Longeville* dono dedit *villam Merniche* & *precariam* ab ea recepit *villam Mahanvilre*.
- (i) Non solum enim *Odacher Comes* in *Saraburch* seu *Sarachowa* audit, uti *Sigebertus Comes* in *Saarengau* fuit, sed etiam *Simon II.* *Comes Saraepontanus*, qui an. 1186. vixit, *Advocatus* fuit *novi Monasterii*, quod olim in *Comitatu Odacri situm fuisse* supra §. VII. diximus. Immo *Simon I.* *Saraepontanus Imperatoris* fuit *Advocatus Trevirensis*.

tinuit, in diplomate Ottonis II. Imp. (m), quod cum memorabile sit, verba eius facientia hic excerpta dare lubet. Ita vero Imperator inquit: *Qualiter Conradus filius quondam Rudolphi Comitis, in die belli, quod fuit inter nos & Saracenos, sub fanone nostro h. c. imperiali vexillo, legali ritu tradendum nobis commendavit omne praedium suum, quod habuit in regno Lothariensi, rogavitque in conspectu totius exercitus nostram dominationem humiliter, ut hoc totum parvum cum magno ad monasterium Sancti Gorgonii martyris in loco Gorzia vocato constructum, nostra praeceptione, si ea die moreretur, sicut fecit, traderemus.* Enumeratis dein omnibus istis curtibus, quae in regno Lothariensi sita monasterio traderentur, pergit Imperator: *Ad hoc etiam addentes curtim suam Ernusteswilre vocitatum in pago Bliesichgowe & in Comitatu Wolmari Comitis sitam, cum omnibus utensilibus illuc, & ad praescriptas in regno Lothariensi ubicumque ibi iaceant, aspicientibus ---.* Quam clare & definite curtis Ernustelwilre in pago Bliesensi disiungitur ab iis, quae in Lotharingia sita erant! Conradi Comitis genealogiae, quae recens a me condita, & cum ad intelligendas a nobilissimis Comitibus in Lotharingia res gestas, tum ad detegendam rationem, ob quam Ernestivilla illius fuerit allodium, apprime facit, has habeo rationes. *Conradi* scilicet Comitis pater fuit *Rudolfus* [n], Lotharingus Comes; hunc vero filium *Matfridi* Comitis, & nepotem *Rodulphi*, generumque Comi-

(m) Apud *Calmetum* hist. Loth. probatt. T. II. probb. p. ccxl.

(n) Ita enim ipse in charta excitata designatur. Eundem puto esse, qui in dipl. quodam Ottonis M. de an. 947. in pago Arduenna dicto Rudolphus Comes occurrit. *Honth.* hist. Trev. T. I. Saec. VII. Diff. §. XI. p. 60.

mitis *Odoacri* fuisse, ex titulo chartae a *Calmeto* excitatae cognovi; qua terram de Til Abbatiae S. Arnulphi Metensis consentiente uxore & fratre donavit [o]. Matfridus autem, Rodulphi Comitis Arduennensis pater, & Conradi nostri avus, fratres habuit *Stephanum*, *Gerhardum* ac *Richardum*; ex quibus Stephanus, Comes pagi Bedensis & Calvimontensis, & Advocatus S. Apri Tullensis fuit [q]; alter vero Gerhardus inter Comites Metenses, aequae ac Matfridus reperitur [r]. Uterque com-

-
- (o) Vide *Calmet* hist. Loth. T. I. Dissertations, Liste nouvelle des anciens Comtes de Metz p. clii. &c.
- (p) Privilegium Arnolffi Regis ecclesiae Tullensi datum de an. 894. Comes *Stephanus* & *Gerardus* frater suus & *Matfridus* monasterium S. *Mauritii* Apri, quod sub nomine Advocatae iuris falso haereditatem esse asserbant, in *Calmeti* hist. Loth. T. II. prob. p. clix. *Regino* ad an. 905. loco supra cit. super *Gerhardum* & *Matfridum* fratres.
- (q) Confirmatio bonorum per *Zuenteboldum* ecclesiae Epternacensi facta de an. 895. & ad *Croviam* ecclesia cum vineis, quae sunt sitae in pago *Piatabgeve* (Bedensi) in Comitatu *Stephani* Comitis. *Hontbem.* hist. *Trevir.* T. I. pag. 234. item Confirmatio quarundam terrarum facta Abbatiae S. Apri Tullensis per *Arnolffum* R. dean. 890. in pago *Calmenzgowe*, in Comitatu *Stephani*; apud *Calmetum* hist. Loth. T. II. probb. p. clv. confer not. p.
- (r) Vide *Calmet.* hist. Loth. T. I. Dissert. p. clii. & in historiae contextu p. 805. & seqq. Multarum turbarum auctores varia quoque fata experti, & tandem an. 905. proscripti sunt. Vid. *Regino* passim & imprimis ad an. 897. Vixit Matfridus adhuc an. 926., teste documento S. Maximiniano, apud *Hontbem.* hist. *Trevir.* T. I. p. 268. in pago *Metensi* in Comitatu *Matfridi*. De Abbatia *Heribodesheim*, hodie *Herbitzheim* ad *Saram*, Gerardo Comiti commendata, sed a *Ludovico* infante erepta, vide *Eck-*

communes habuerunt in agro Blesiaco possessiones & Advocatiam S. Maximini & Horreensis coenobii Treviris, ac S. Petri Metensis; hisce tamen exuti sunt. Gerardus quoque sub sua potestate habuit monasterium Heribodesheim in pago Sarenfi superiori. Quartus inter fratres Reginoni Prumiensi Abbati cedere coacto successit, dein Episcopus Tungrensis lectus est. Habuit autem Matfridus praeter Rudolffum, Conradi patrem, filios *Adalbertum*, Comitem Metensem, ab Itone an. 944. occisum [t], & *Bernoinum*, qui ex Abbate Tholegiensi ab Henrico Aucupe Rege Episcopus Verdunensis constitutus est[u]. Hac ratione procedit schema sequens.

I 3

Ro-

Eckbard de rebus Fr. Orient. L. XXXII. c. XXX ad. an. 908. pag. 819. seqq.

- (s) Vid. *Regino* ad an. 892. *Per id tempus Farabertus Abbas Prumiensis coenobii curam --- deposuit, & ego quamvis indignus --- in regimine successi, in quo tamen non diutius immoratus --- Richarium, fratrem Gerardi & Matfridi invidiosum --- successorem habui.* Factum hoc est an. 899. De eius Electione in Episcopum Tungrensem, vide *Flodoardi Chron.* ad an. 920. & *Calmet.* hist. Loth. Tom. I. pag. 851.
- (t) *Reginonis Continuator* ad an. 944. *Adalbertus Comes filius Matfridi ab Itone occiditur.* Occurrit inter Comites Metenses, vide *Calmet.* l. c. T. I. Diss. p. CLII. falso tamen frater Gerardi ac Matfridi ibi praedicatur.
- (u) *Calmet.* l. c. *Bernoin Eveque de Verdun en 925-942. étoit frere d'Adalbert Comte de Metz.* Eum autem ante Abbatem Tholegiensem fuisse, ex *Caralogo Abbatum Mfcto* didici.

Rodulphus Comes,

Odoacer,

Stephanus, Comes pagi Bedensis & Calvo-Montensis, qui se Advocatum S. Apri Tulensis profetur 880-900.

Gerbardus, Comes Mendensis, com. mendatas sibi habuit Abbacias S. Petri Merensis, & Heribodesheim, Advocatus coenobii S. Maximi & Horeensis; possessiones habuit in agro Blefiaco.

Matfridus, Comes Mendensis 890. seqq. iura & possessiones cum Gerardo fratre habuit communia, etiam in agro Blefiaco.

Richarius, Abbas Prumiensis ab a. 899. post an. 820. Episcopus Leodiensis.

in cuius Comitatu castrum Bliesack & novum monasterium in pago Blefinsi occurrit. an. 831.

Odoacer, Comes Arduennensis anno 895. & secundum Hontbemiun Comes Trevirorum.

Adelbertus, Comes Mendensis occisus ab Jtone, an. 944.

Bernoinus, Episc. Virod. 920-942-952. Uxor filia Odacri Comitis.

Rudolphus, Comes Arduennensis 942-952. Uxor filia Odacri Comitis.

Filia Odacber Uxor Comes in Rudolffi vel Saraburg Comitis. 991.

Conradus Comes † 982 in expeditione Ottonis II. adversus Saracenos. Praeter multa praedia in Lotharingia possedit quoque curtim Ernulfelwilve in pago Bliesengaw.

Sigebertus I. Comes Sargoviae 1077, 1080.

Fridericus Comes Saraepontis. Uxor Gisela Francica.

Simon Comes 1135-1157.

Simon II. de Saraeponte 1186-1218. Advocatus novi monasterii.

Henricus I. de Geminoponte 1192-1208. &c.

Quis vero Wolmarus iste Comes in Bliesengawe? Dubi-
 us fui, an ad Comites Francicos referendus sit, aut ad Lotha-
 ringos, donec has collegi rationes. Eodem scilicet anno
 1000LXXXII. occurrit *Volmarus, Comes Sarburgi*, aut Sara-
 chowae superioris, cum uxore *Bertha*, in litteris, quibus Mauri
 monasterio plurima contulerunt bona [x]. Recurrit anno
 1000CCXCVI. religiosa femina Domina *Bertha*, viri illustris
Volmari Comitis relicta, in charta, qua Abbati S. Maximini in
 pago Moselensi, in Comitatu Waldelesinga --- villam Muodensfurt
 nominatam, quam sibi prefatus senior suus Comes *Volmarus* in
 dotalitium dederat, tradit --- [y]. Hanc quidem Ven. Abbas
Calmetus uxorem facit *Folmari I. Comitis de Luneville*, ex
 cuius familia Comites Metenses, & de Castris, *Blieskastel*, or-
 ti sunt. Neque is mihi valde a vero aberrare videtur. *Folmari*
 enim s. *Volmari* nomen Comitibus Lunarivillae proprium
 est. Comites certe de Castris [*Blieskastel*], in quibus plures
 Folmaros invenias, ex illis originem suam traxerunt. Fol-
 mari Comites de Luneville iam ex Saec. X. Comitum Me-
 tensium, sive Palatii Metensis Episcopi, dignitate ornati flore-
 bant. Magna eorum auctoritas fuit atque potentia. Quid
 autem magis naturale fuit, quam ut iidem Episcoporum in
 Sa-

-
- (x) *Hertzogius*, Alfatiae Chronographus nobilissimus, in recensione
 Abbatum Mauri monasterii sub Abbate Landelochio haec narrat:
 An. 982. *Volmarus Graff zu Sarburg und Bercha* (lege *Ber-
 tha*) sein Gemahl, die haben unter diesem Abt bey Regierung
 Kayser Ottonis des andern, viel an dis Kloster geben.
- (y) Exstat hoc documentum apud *Calmetum* hist. Loth. T. II. pro-
 batt. p. ccXLVIII. ad an. 996. confer indicem eius Comitum de
 Luneville T. I, Dissert. p. clvi seqq.

Sarachowa superiore, ubi Sarburgum ad eos pertinebat, & in pago Blefiaco, in quo Castrum Blefiacum habebant, Comites agerent. Volmarus igitur, Comes Episcopi Metensis & de Luneville, de Sarburg in Sarachowa superiore, & de Castris in pago Bliesengawe, unus idemque est.

§. X.

Sequitur hanc aliquam lucem, quam primus Saec. VII, VIII, IX & X. affundo, obscuritas, quae per Henrici IV. tempora pergit. Hic *Sigeberto I.* Auctori gentis Saraepontanae, quam §. praecedenti ex Comitibus Arduennensibus probabiliter derivavi, donavit villam regiam Wadegozingen in pago Sarengawe (a). Ultima haec est a pagis desumpta Comitis appellatio in pago Sarensi vicino. Haereditaria enim tum fieri coepit successio Comitum & Principum Imperii, Comitesque in appellatione a castris honorifica Principes aemulati sunt. Atque etiam ad haec turbatae sub Henrico IV. Imperatore republicae tempora inter alios viros doctissimos optime refert superioritatis territorialis origines illustris *Koelerus* in historia sua Imperii Germanici sermone vernaculo conscripta (b). Haud multo tempore ante Ducatus Lotharingiae superioris seu Mosellanicus haereditarius fieri coeperat in Gerardo de
Al-

(a) Confer *Geneal. nostram Comitum Geminipontis* Spec. l. an. 1755. editum p. 6. & *Orig. Bip.* prolus. p. 3. & 4. not. e.

(b) Pag. 140. ubi haec verba mendose quidem descripta, ita tamen ex auctoris mente corrigenda legere licet: Insonderheit ist zu merken, daß unter keines Kaisers Regierung öftere Spuren von der Reichsstände wohl hergebrachten hohen Gerechtigkeit vorkommen, als unter K. Heinrich. C. IV. pluribus in origines illius inquiremus.

Alfatia a. scil. cło XLVIII. atque de finibus Lotharingiae tum simul cum statu mutatis rectissime differit Ven. *Calmetus* (c): *Dès lors le Duché de Lorraine n'avoit déjà plus sa première étendue, qui l'égalait aux plus grands Royaumes.* Nihil certe Ducibus iuris eo tempore fuit in Comites Saraepontanos. Qui enim eorum sator est, Sigebertum I. Imperator compellat *fidelem suum.* Comitibus scilicet potestatem, seu comitatum habuit ab Imperatore, castrum Saraepontis erat Metense feudum, reliqua erant maximam partem allodia (d), quae non solum ad posteros masculos, sed, Simone III. anno cło CCXLVII. defuncto, ac nullum filium superstitem habente, etiam ad filias pervenerunt. Terris igitur Saraepontanis divisis patri successerunt (e) in patrimonio ex lege Salica (f), exclusis agnatis Comitibus Geminipontis, & in feudis Metensibus ex eorum natura, quae si Merensibus cis-Sarana sunt, ad quoscunque haeredes etiam extraneos ad instar bonorum allodialium transmittuntur (g). Loretta, quae Joffrido Domino Asperimontis nupserat, & Joanna, uxore Domini de Claromonte

K

nul-

(c) T. I. praef. §. XXXIII.

(d) Ipsa Wadegozingen villa, quam ill. de *Ludolff* insigne patrimonium regium appellat, post donationem Imperatoris Comitibus propria fuit. Insigne igitur patrimonium Comitum, in quo dein monasterium exstructum est!

(e) Confer Spec. I. *Geneal. Comitum Geminip. & Saraep.* p. 15 & 16.

(f) Confer *Johann Reinhard von dem Erbfolgs-Recht derer Töchter vor denen Stams, Bertern in teutschen Reichs, Allodien.* Giesen 1746. per totum.

(g) Vid. *Summarischer Bericht, wie es mit der Differenz beschaffen, zwischen Lotharingen und Nassau, Saarbrücken u. die Graueschaft Saarwerden u. betreffend 1641.*

nullos haeredes habentibus, solius Mechtildis ex Amedaeo Montisbeligardenfi, Domino de Monte Falconis & Valle Coloniae, filius Simon, inter Comites Saraepontanos IV. Comitatum accepit an. clō cclxxvii. Male ill. de *Lu. Iolff* Lauretae, coniugis Joffridi de Asperomonte, dictis in diplomate quodam de an. clō cclxxvii. abutitur. Vult enim ex eo, quod illa Ducem Lotharingiae dicat, *qui noster in nostra nobilitate Dominus est*, colligere, Comites Saraepontis paruisse Ducibus (b). Neque enim Comites Asperimontis solum fuerunt ligii Ducum Lotharingiae h. e. ad auxilia praestanda obligati, sed & potuit Comes Saraepontis se obligare Duci, nullo licet vassallagii nexu respectu Comitatus Saraepontani, quippe qui ab Imperatore & Episcopo Metensi pendebat, obstrictus.

§. XI.

Sed ad pagum Blesensem redeo, partem dein Comitatus Bipontini. Nihil de illo Saec. XI. nobis innotuit, credo, quia alia & quidem maxima eius pars monasterio Hornbacensi & cum hoc familiae Francicae propria fuit, alia Comitibus, qui a Castris (ad Blesam) appellati sunt, alia quae Sarenfi contigua est, Comitibus Saraepontanis. Obvium tamen nobis miserunt in pago Bliesengawe, chartae, ex qua donationem Abbatiae Hornbacensis sibi ab Henrico IV. an. clō lxxxvii. factam

(b) Vide *Origg.* proluf. pag. 10.

(i) Quod in *Spec. I. Geneal. Comitum Geminipontis* p. 4. nondum examinaveram documentum, illud iam re melius perspecta iure in suspicionem adduco. Invenitur autem in scripto: *Information, wie es mit der de facto beschehenen Occupirung des Klosters Hornbach hergangen 1631. Beylagen des ersten Theils N. V. in den dahin angezogenen Beylagen sub lit. A. p. 48.*

tam praetenderunt Episcopi Spirenses superiori Saeculo, ignari & malevoli confectores (k). Sed redeat in tenebras, e quibus

K 2

bus

(k) Nunquam autographum chartae huius famosum lucem vidit, quod omnino iam fidem ei derogat. Fictitius in ea memoratur Comitatus, annus Dominicae incarnationis indictionisque dissentit cum annis regiminis Henrici IV. Constat nimirum, Imperatorem hunc ab an. 1053, quo electus fuit, annos ordinationis computare, ab an. 1056, vero annos regni sui. Sed discrimen hoc, quod vel sexcenta docent exempla, parum animadvertit illius auctor; *datam faciens chartam anno Dominicae Incarnationis clōLXXXVII. Anno autem Domini Henrici III. Romanorum Imperatoris Augusti Regni XXXIII. Imperii vero IV. Actum Spirae feliciter in Dei nomine. Amen.* Annum vero 1056, quo regnare coepit, & an. 1087., quo praetensa haec donatio facta esse debuit, intercedunt anni XXXI. Anni quoque imperii dissentiunt ab eo, quem in diplomatibus huius Imperatoris an. 1086 datis expressum videas secundum. Quod vero prorsus chartam falsitatis convincit; contradicit aliis eiusdem Imperatoris tabulis, quibus litem de Advocatia Abbatiae Hornbacensis definit, privilegia vero confirmat & auget. Praecipit enim Imperator tantum, *ut Advocatus ecclesiae Hornbacensis Advocatiam a Spirensi Episcopo, Episcopus vero a Regali & Imperiali dignitate suscipiat, suoque beneficio, quod ad Advocatiam pertinet, contentus sit.* Neque vero hac constitutione Imperator ex Francica gente statuto ecclesiae Hornbacensis iuribusque adeo eius, qui post illum tanquam senior familiae ecclesiae Hornbacensis dominium haberet, praeiudicare potuit. Cum etiam Imperator una cum Episcopo Spirensi anathemate pontificis obstrictus erat, Advocatia huius traditio iure Romanae ecclesiae ipso nulla fuit. Neque etiam Spirenses Episcopi illa dein abusi sunt, quin potius iis minime invidis Advocatia haereditaria libere mansit monasterii Dominis. Ipse Conradus Metensis simulque Spirensis Episcopus opitularus est

est

bus eum infausto omine illi evocarunt homines. Neque enim tum agnoscimus Godefridum Comitem, praeter eum, quem Castris ad Blesam ab Episcopo Metensi praefectum fuisse, supra diximus (1), ex familia Lunevillana, adeoque Lotharingica oriundum. Ad cuius rei illustrationem subiungimus schema Comitum de Luneville, & de Castris, in pago nostro Bliensensi, cum ex Calmeti Disquisitionibus de Comitibus illis, tum ex documentis & ab eodem editis, & iis, quae inedita habeo, confectum, cuius uberiores probationes curis secundis reservamus.

Cast-

est pactioni inter Abbatem Hornbacensem, atque Henricum Comitem Geminipontis, qua huius iura Advocatiae definita ac stabilita sunt, an. 1237. factae. Simile fraudis exemplum exhibet alia charta eidem Imperatori afficta, qua Spirenses Episcopi ad occupandam praeposituram Naumburgensem in territorio Hanovientis Comitatus sitam abuti volvere; quam vero falsitatis suo iure arguit vir celeb. Joh. Adamus *Bernhard* in speciali parte der *Wetterauischen Alterthümer erste Abth. von der Probstei Naumburg u. Hanau 1734.* vide ibidem c. III. §. 4-7. pag. 9-11. Ita vero scriptor ille laudatissimus §. 7. *Wer da weiß, wie viel falsche Documenta zu den Zeiten dieses rechtschaffenen Kayfers hinter ihm gemacht worden, der wird aus obigen Umständen, jetzt angeführtes, leicht dazuschreiben, wann er zumahl Naudaco nicht Unrecht gibt --- &c.* Addimus igitur & nos in falsarum litterarum numerum has nostras, neglecto, quod iis nititur, testimonio Joh. Phil. *Simonis* in libro rariori: *Hist. Beschreibung aller Bischöffe von Speyer. Freyburg 1608. pag. 51.*

(1) Vide supra §. VIII, not. t.

Castrum vero Hornbacense, in quo Hornbacense, monasterium inclusum erat, aliis paruit Dominis atque Comitibus, in quorum notitiam iam introducet eiusdem Regis oratio veritatis magis amica. In charta enim, qua vetera cœnobii privilegia confirmat (m), inquit: *hoc etiam addimus, ut nullus Archydiaconus vel Advocatus in predictam Abbatiam Hornbach, ad quidquam ibidem iudicio suo discutiendum, ventilandum vel finiendum, nisi Abbatis vocatione venire presumerit, preter eum, qui in nostro sanguine senior nobis superstes exstiterit, Advocatum, quia nobis viventibus alium preter nos non concedimus.* Rationem huius, quam sibi vindicat Advocatiam, optime idem Imperator explicat in aliis litteris, quibus litem de Advocatia ecclesie Hornbacensis (puto subadvocatiam) decidit, privilegia auget atque confirmat, his verbis: *Abbatiam Hornbach a nostris parentibus antiquitus fundatam & privilegiis Pypini, Caroli Lothumici, Lotharii, Ottonis aliorumque auctoritatibus confirmatam (n).* Inquiremus igitur capite sequenti in maiores Henrici Imperatoris, fundatores monasterii Hornbacensis; quo facto regionis eius, ex qua Saec. XI & XII. Comitatus Bipontinus coa- luit, natura planissime apparebit.

K 3

Cap. III.

(m) *Data est Kalend. Januar. anno Dominice incarnationis millesimo LXXII. indictione X. anno autem ordinationis Domini Henrici Imperatoris XVIII. regni vero XVI. Actum est Lorsum feliciter Amen.* Haec est ea, quae continet chartam illam decretalem de qua §. 4. actum est.

(n) *Acta XV. Kalend. Mart. anno ab incarnatione millesimo CV. indictione XII. regnante Henrico tertio Romanorum Imperatore Augusto anno L, imperante anno XX. Data Spire, in Christi nomine ad salutiferam memoriam Henrici tertii, Romanorum Imperatoris, feliciter, Amen.*

Volmarus I.

Comes de Luneville, de *Castris* in pago *Bliesengawe*, & de Sarburg in Sargovia superiori; de quo supra §. IX. ad an. 982.

Uxor *Bertba* (credo *Alfarica*) vixit vidua adhuc 996.

Folmarus II. Comes de Luneville & Dominus d' Amance, fundavit exeunte Saec. X. Abbatiam S. Remigii Lunevillensem.

Stephanus, nobili Patriensium e stirpe editus, de *Linerivilla* antiqua propagine ortus; Episc. Tullensis an. 994. † 995.

Folmarus III. Comes de Luneville & ab an. 1054. etiam Metensis.

Hermannus, 1033 & 1034. Francorum Comes Catholicus s. Metensis.

Godefridus an. 1033 & 1034. seqq. Francorum Comes Catholicus; ab Hermanno, Episcopo Metensi ob praeclara merita Comitatu de *Castris* ad *Blesam* investitur; vide supra p. 60. not. r. uxor *Juditha*.

Folmarus IV. Comes Metensis & Lunevillae, 1090. Fundavit Abbatiam *Bellipratensem* saec. XI.

Hugo, Comes Metensis annis 1096-1101. seqq. † 1123.

Uxor *Mectbildis* Lotharingica.

Uxor *Cunegundis* haeres Comitatus *Dagsburgensis*.

Folmarus V. Comes Met. & Lunevil. 1135. seqq. Uxor *Clementia*, *Agnes*, *Adeleis*, mar. Folmaritus de *Castris*, maritus *Hugo* Luzelstein. *Otto* II. de *Chiny*.

Godefridus, Comes de *Castris*, quem *Spirentes* in chartam illam fictitiam a. 1087. compegerunt occ. & 1106-1127. Uxor *Mectbildis* *Luxemburgica*.

Cunigundis haeres maritus Hugo de *Castris*, Dominus *Lunevillae* filius *Folmari* I. de *castris*.

Folmarus I. Comes de *Castris* 1135-1179 beneficus erga coenobium *Bellipratense* & *Stürzelbrunnense*; Uxor *Clementia*, Comitiss *Folmari* de *Lunevilla* & *Mechtildis* filia. N. N.

Folmarus II. Comes de *Castris*; occ. an. 1220. sepultus in coenobio *Wernerivillano*,

Hugo, Dominus *Lunarumvillae* 1212. Uxor *Cunegundis* de *Lunevilla* haeres.

Henricus, Comes de *Castris*, an. 1180. Episc. *Vird.* sed exauctoratus an. 1186.

Caput III.

De Coenobii Hornbacensis in pago Blesensi fundatoribus ac Dominis ad familiam Salicam, dein Augustam Francicam, referendis.

§. I.

Inquirendum igitur nobis est in maiores Henrici IV, Imperatoris, quos Hornbacensis Coenobii fundatores fuisse, binai illius diplomata significant. Saeculo VIII, & quidem circa annum eius XL. sancti Pirminii, Alamanniae, Bavariae & Austrasiae Apostoli, ac disciplinae ex pia mente D. Benedicti instaurandae magistri, sociorumque opera id patriae nostrae accidit, quod omnis fere Germania dura olim & agrestis hominum ex instituto illo probabili viventium labori atque industriae debet in cultiorem mutata. Quam igitur lucem tum accepit patria, eius quoque beneficium in memoriam antiquitatis redundavit, quam rerum a S. Pirminio gestarum scriptores collegerunt. In primis vero magni nobis faciendus est *Warmanni*, Comitis Dillingensis, monachi Augiensis & Episcopi Constantiensis, labor, quem in vita Pirminii describenda, atque in originibus monasterii Hornbacensis declarandis posuit *a*). Aperit enim illius & familiae fundatorum illustrissimae, sed

L

te-

(*a*) C. XI - XIX. vid *Orig.* c. II. §. IV. not. q. p. 47. & 48. Atque ex hoc fonte omnia profluxerunt, quae recentiores scriptores plurimi de S. Pirminio commemorarunt, inter quos vide ill. *Eckbartum* de rebus Franc. Or. T. I. L. XXI p. 260 sq. Floruit vero *Warmannus* initio saec. XI. obiitque an 1034.

tenebris involutae, noticiam, quae si luculentissimis documentis adhuc incognitis iungatur, veriores nobis origines nobilissimae Francorum familiae sive Salicae, dein Augustae, monstrat, lumenque illis affert. Novi quidem, quantam Viri summi, meaque laude maiores, in familiae huius olim in Germania primariae imaginibus restituendis operam consumserint. Sed novi etiam, quantum inter se distent, vereorque adeo, ne documentorum luce privati umbras magis confectati, quam veritatem, imagines haec addendo, demendo & mutando ita interpolaverint, ut omnino coniecturis aberrasse censendi sint. Alii enim, quorum antesignanus est *Blondellus*, (b) *Tolnerus* scilicet (c), *Gundlingius* (d), *Kuchenbeckerus* (e), *Lentzius* (f),
cae-

(b) In pleniori assert Geneal. Franc. p. 206. Inducuntur ab eo fratrum Vederoviensium, Conradi, Gebhardi, Eberhardi & Rudolfi pater, Udo, avus Eberardus, propatruus, Letardus, proavus Bego, Comes Paris. Alpaidis, Ludovici pii filiae, maritus.

(c) Blondelli coniecturas quater in Tabulas praefixas hist. Palatinae intulit, ac p. 117. ubi de Eberhardo Palatino agit, repetiit, nullis tamen additis probationibus.

(d) Is primum in Diss. de statu reip. Germ. sub Conrado I. §. V. not. e) & i) p. 38 & 39. Blondelli opinionem haud improbabilem existimavit; dein tamen in operis, quod inscribitur: *Neue Bibliothek*, P. xxx. p. 848. seqq. schema illius ita immutavit, ut Eberhardo, alteri Begonis gnato, tribuerit filios Conradum Comitem Parisiensem & Vermeriensem & Gebhardum, illumque fratrum Comitum Vederoviensium patrem fuisse aliis, persuadere velit, conf. etiam Gundlingiana P. xx. p. 419. seqq.

(e) In Analect. Hass. Coll. IV. 1. Stück: p. 254-256. Gundlingii sententiam posteriorem secutus quidem est, nullas tamen attulit probationes, quae illi maiorem fidem facerent.

(f) *Historisch* Geneal. *Untersuchungen* part. II. ad Tab. xxxii. p. 82. &c. auctoritatem suam *Gundlingii* commentis adiunxit.

caeteri, Begonem, Comitem Parisiensem, Ludovici pii Imp. filiae, Alpaidis, coniugem stirpem faciunt generis illustrissimi. Sed omnem veri similitudinem huic hypothese detraxit Illustrissimus *Senckenbergius*. (g) Alii cum viro doctrinae historicae laude praecellentissimo I. G. ab *Eckbart* (b) facere malunt, qui in detegenda stirpe Francica a Conrado seniore, Hassiae Angariaeque praeside, per Werinheros ascendit ad Warinum illum Camerae nuncium in Suevia, Ruodhardi Collegam, eiusque

L 2

five

- (g) In select. Juris & hist. T. III. Originis Ludovici barbati, Hassiae Landgravii, Carolingico-Francico-Stauffensis c. VII p. 81-115. Sapienter iam summus *Koelerus* in praef. Diff. de fam. Aug. Franconica rebus rite examinatis sententiam contra Begonianos tulit.
- (b) Commentt. de rebus Fr. Or. T. II. L. xxxi. § cclxxxviii p. 317, 318. Illustris *Koelerus*, acerrimus originum familiarum illustrium indagator in praef. ad Diff. laudatam hypothese Eckhartianae favere, atque sic aliquid praeiudicii afferre videtur. Inter eos, qui schema hoc amplexi sunt, eminet perillustis Acad. Marburgensis Cancellarius, J. G. *Estor*, in Analect. Hass. T. VII. n. 6. p. 137. Non possum vero, quin ab utroque in eo dissentiam, quod Warinus Camerae nuncius, S. Othmari persecutor, parens sit familiae Francicae. *Monachus* enim *S. Galli*, qui vitam Caroli M. descripsit, apud *Canisium* in Lectt. antiq. edit. Basnagii L. II. p. 75. tribuit Warino illi Isenbardum filium, qui testanubus chartis in Ven. *Herrgottii* probat. Geneal. Habsb. n. xxvii. p. 14. & n. xxi. p. 16. Swabonem fratrem habuit. Fuit vero Warinus hic Comes Turgoviensis, adeoque Alemannicae originis, quam nobilissima Francorum gens respuit. Tritus ille *Ekkehardi iunioris* apud *Goldast*. Alemann, script. T. II. p. 1. p. 17. locus, quo Conradus I. Rex filius Warini & Ruodharti appellatur, ita explicandus est, ut uxorem Conradi I. ex illorum genere ortam fuisse existimemus.

sive fratrem sive consanguineum. Novi post hos gregis sese ducem praebere voluit illustrissimus de *Senckenberg*, diversa- que adeo ratione incessit. Neque tamen eius auctoritas, quam fere solam Eckhartianae opposuit, credo minorem, facit, ut novae eius deductioni album calculum adiiciamus (i). Instruc- tor perill. *Oblenschlagerus* ad aliam opinionem eruditus infe- rendam accessit. Coniicit enim Vir celeberrimus cum *Vignie- rio*, *Chiffletio*, *Blondello*, primum, Etichonem I. Alsariae Ducem descendere ab Erchinoaldo & Leudesio, dein Etichonis I. nepo- tem Albericum, quem eundem esse vult cum Begone, Wegelen- zone, & Alberto, opulentissimo in Bavaria Comite, praeter Eber- har-

-
- (i) Mixta omnia, confusa atque turbata potius videntur in illa, quam probationibus munita. Quicquid luculenti inest, mutuatus est ab ill. *Eckarto*, reliqua ex *Sebannatianis* historiae Fuldenfis volu- minibus ita confarcinata sunt, ut obscuros homines illustrissimis principibus iunctos videas; tantum abest, ut Viro excellenti, *J. J. Reinbard*, qui in collectione opusculorum suorum germanica P. II. Deduct. x. von denen *Gowen*, worinnen die fürstlich-*Mas- sauische* Lande gelegen sind, und von denenienigen, welche darinnen das *Graven* Amt verwaltet haben §. xxiv. not. g. p. 89. Eck- hartiana *Senckenbergium* evertisse, suaque meliora confirmasse existimat, assentiendum sit. Ipse etiam illustris Auctor, quam- vis principio meliorum nobis fecerit expectationem, nescio qua inconstantia commotus dein cavere nos iubet, *ne eius dicta fir- ma fixaque existimemus; cum potius, inquit, demonstrare volue- rimus, quam non difficile sit, si more Eckartino aliorumque recen- tiorum procedas, integras Genealogias orbi obtrudere, de quibus semper dici queat, eas alibi probatum iri.* Tanti scilicet erat Vi- ro illustri, adversaria, parum commode sua probando, culpae. Va- leant igitur *Leidratus*, ac *Rudolphus*, avus & pater putativus Comitum Franconiae *Vederoviensium*, neque deinceps sese gra- culi instar *phaedriani pavonibus* amplius immisceant.

hardum Comitem Alsaticum habuisse filium Warinum illum, Camerae nuncium, abavum fratrum Vederoviensium, proavum Udonis, avum Udonis de Boppardun, patrem Udalrici (k). Sed quid de systemate illo Leudesiano sentiendum sit, cuius patebit, qui id cum iis conferre voluerit, quae Excell. *Schæpfelinus* de Etichonia genere disputavit (l). Origines vero Salicas rectius definire studebimus. Omnes tamen, qui in retegenda familiae Francicae antiquitate indulserunt ingenio, superavit vir caetera doctissimus Ioh. Lud. Lev. *Gebhardi*, Acad. equestris Luneburgensis Professor publicus (m), qui quot vinculis ea, quae ex aliis depromferat, colligare voluit, tot intervallis disiunxisse sua censendus est (n), adeoque agmen

L 3

po-

(k) In schediasmate germanico: *Untersuchung des wahren Ursprungs Herzogs Athici von dem Maiordomus Erchinoald und der Salischen Kaiser aus dem alten Eliaffischen Hause*, 1747. fol. ex quo tabula genearchica derivata est in librum, qui inscribitur *Neue Europäische Staats- und Reise-Geographie T. IV. von den Ober-Rheinischen Landen* p. 395.

(l) *Alsat. illustr. per. franc. Sect. II. c. III. §. xxxviii-lxxxviii.* pag. 757-784.

(m) In Commentatione prolusoria germanico scripta sermone: *Einladungsschrift von dem Ursprunge des Durchleuchtigsten Hauses der Fürsten von Nassau zu Lüneburg* 1752. quam recudendam curavit Doct. *Biedermannus* in collectione sua scriptorum scholasticorum inscripta: *Altes und Neues von Schuljachen IV. Theil 1. Stück.*

(n) Seriem primum Comitum Turgoviensium ex *Radberto* Monacho S. Galli inducit, quae a Taltone quodam Camerario Dagoberti I. ad Waltramum Comitem procedit; qui iure in monasterium S. Galli remisso illud in Regum potestatem venire iussit.

Mit-

potius coëgisse, quam seriem Francicae familiae nexuisse videtur. Quum igitur nullus origines familiae huius augustae, quae

Missi Dominici id temporis erant Warinus & Ruodhartus Comites Suevici, qui regia iura defensuri S. Othmarum Abbatem persequebantur. Nullum inter hos ac Waltramum intercedere necessitudinis vinculum, ex ipso Radberti silentio colligere licet. Maluit autem Vir doctissimus ex suo ingenio id, quod deerat, explere. En primum hiatum! Warino deinde tribuit Jfenbardum & Suabonem filios, scriptorum ac chartarum testimonio adiutus. Jfenbardum Imperatori perosum atque cunctis honoribus spoliatum, sed ab eodem, quem uro silvestri caeso ex vitae periculo eripuerat, Hildegardi Imperatrice deprecante restitutum muneribusque amplioribus ornatum narrat monachus S. Galli in *Canisi* lectt. antiq. supra laudatus. Jam *Ekkebarde iuniore*, eiusdem Monasterii monacho, fatuum ignem offerente agnationem inter Francicum genus ac Welficum augurans Jfenbardo non solum adscribit filium Welfum, fatorem gentis Welficae, sed & Albericum Comitem Wormaciensem, qui Caroli M. & Ludovici pii temporibus vixit. *Plane vero ignorat*, monachus Weingartensis (inquit *Koelerus* in prolusione Academica de fide & auctoritate monachi Weingart. In generis Welfici vetustate & dignitate, Gottingae a. cl. l. c. cxxxv. edita p. 11.) *Etbicones, Warinos, Eberbardos, Rutbardos* &c. Sed mitto Welfos, quos ab eodem Jfenbardo derivavit Jll. *Scheidius* in praef. T. II. Orig. Guelf. § II. seqq. Illud certe prorsus improbabile est, Francos ex Suevia aut Alemannia arcessendos esse. Quamvis enim Welfos Francici sanguinis consortes fuisse concedamus, cum monacho tamen Weingartensi illorum maiores ex ora Rhenensi, sede Dynastarum Francorum veteri, in Sueviam advectos esse rectius arbitramur, quam Francorum nobilissimos ex Suevia. Albericum igitur Comitem neque exinde evocare lubet, neque inter maiores Dynastarum Francorum constituere. Quum igitur & hic

quae Koelerianas demonstrationes praecedant, rite probationibus munierit, aut probabiles maxime fecerit: diplomatum & Imperatorum Regumque, & ipsorum Dynastarum, de quibus sermo est, fide freti, gravissimorumque scriptorum narrationibus subnixi Origines Salicas ita quaeremus, ut coniecturis verique simillimis ab iis, quae certissime scimus, probe distinctis, omnia intelligentiorum iudicio subiiciamus.

§. II.

Fuit igitur, ut Warmanni, quem laudavimus vitae Pirmianae scriptorem, verbis utar, (o) vir quidam WERINHERUS alta Francorum nobilitate propagatus. (p) Hic nempe odoratus odorem

hic rursus hiantia dixerit Vir doctissimus, compages eius revellenda est. Alberici Comitis filios 1) Herericum, qui villam VVimundasheim in pago Nagao (Nohgau) & in confinio pagi Virmacensis sitam a. 1000 LXVIII. Prumiensibus donavit teste charta a Ludovico Rege biennio post data, in *Hontbemii* hist. Trev. dipl. T. I. p. 211. 2) Hunfridum, Episcopum Tarvennesem, 3) Henricum, 4) Albericum, Comites deinde ita ex *Eckbarti* comment. Rer. Fr. Or. T. II. p. 555 & 734. repraesentat, ut VVernharius Comes, qui Hererici nepos in charta illa vocatur, Heinrico filius adscribatur. Neque tamen ipse illustris *Eckbartus* Albericos, Herericos, Heinricos in maioribus Dynastarum Salicorum numerat. Quod si igitur VVernharius ille idem est cum VVerinhero, quem Francorum primorem tum vixisse infra §. 7. videbimus, foris forte filius, aut alio cognationis iure coniunctus fuit; cum vox nepos variam vim hisce temporibus habeat. Nihil igitur hic demonstratum dedit celeb. *Gebhardi*. Laxantur ergo denuo vincula cognationis ab illo fictae potius, quam probatae.

(o) Cap. XI. p. 14 in *Broweri* sideribus illustr.

(p) Eadem fere phrasi ad designandam generis nobilitatem utitur
ve.

rem suavissimae opinionis beati Pirminii legationem direxit, rogans obnixius, praesulem eximium ad se venire dignari. His vero Werinherus Pirminium inter alia alloquitur: habeo namque divina largiente gratia plurima in circuitu consistentia praedia, ex quibus aliqua in Dei honorem & ad commodum ipsi servientium conferre cupio----- Pater almus non destitit ad indagandum locum ipsum pergere. Quo considerato cum resqua peragraret inculta, offendit venatorum illustris Viri praedicti videlicet WERINHERI magalia (q)----- Quaerens itaque Pirminius inibi locum orationibus sacrisque exercitiis opportunum; modicum primo constituit tugurium, ad evitandas diutaxat solaris aestus molestias aptum. Contigit autem, rusticum quendam adoriri eum ac dicere: O pater excimie----- Est denique in contiguo locus, quem ob duorum confluentiam rivulorum Gamundium appellant: hunc si velis invisere, divino cultui dignum duces mancipatum iri----- His perceptis pater posthaec a sordidis venatorum usibus emundans locum, celerrime construxit orationis aedem, quam in honore & memoria sanctissimae Dei genetricis perpetuaeque virginis Mariae consecrare non distulit. Tunc fidelium devotione sibi alacriter opitulante, pulcherrimum construxit coenobium----- Illustrissimus autem (r) Vir WERNHERUS, quae pii cordis deliberatione sponondit, omni ala-

vetus Auctor vitae S. Arnulphi Episcopi Merensis ad Clodulphum eius filium de patre ita loquens: *Francorum profapia ortus, altus sane & nobilis parentibus.*

(q) *Magalia*, vox Pœnis olim & Mauris usitata significabat locum habitationis, commorationis, domum, vicum seu villam, de qua vide pluribus doctissimum J. Ph. Casselium, Bremensem, in Exercitatione philosophico-critica de tuguriis Maurorum Mapalia & Magalia dictis, Magdeb. cl. b. cc xxxvi. §. 6-8. p. 8-11.

(r) Sic pergit *Warmannus* l. c. c. xii. p. 17.

alacritate implere curavit. Nam & ampliora, quam vouerat, solvere certauerat----- Inter plurima denique, quae & liberali animo depromserat, obtulit quoque maximos limites in saltu, qui Vogesus dicitur; in quo villa extat, habens vocabulum Pyrminishufna (s), eo, quod ibi provifores gregum Coenobii sancti Viri primo sua metati sunt tuguria. Subsequenti etiam tempore directi sunt a praepositis atque ab aliis sanctissimi monasterii ministris tam servilis, quam liberae conditionis viri (t); qui loca praedicti saltus perscrutantes, nec non inutilia eius arbusta extirpantes, plurimarum paravere commoda villarum; in quarum ambitu quaeque excolentes diu infertilia, gratissima ex eis reddidere novalia ---- (u). En

M

igi-

- (s) Pirminishufa; hodie *Pirminshuf* fere in confinio pagi Blesensis est & Spirensis, ad illum tamen aequae ac ad dioecesin Metensem pertinuit; vide supra c. I. p. 17 & 18. not. e.
- (t) Facit hic locus ad confirmandam differentiam inter Nobiles, Dominos, qualis fuit *VVerinherus*, & homines tum liberae tum servilis conditionis, quales hi fuerunt monasterii subditi; cf. ill. *Kopp* de insigni differentia inter S. R. J. Comites & Nob. immed. ratione Orig. &c. §. VI. & praestantissimi *Buri Erläuterung des Lehens Rechts* p. 236. seqq.
- (u) Haec fere eodem modo, sed clarius narrat Auctor vitae *Pirminianae* ex optimis scriptoribus exaratae, quae in Calendarii Benedictini P. iv d. iii. Nov. p. 272 - 283. reperitur: *Ultimo in Rbeni partes a Wernbero, nobilissimo Francorum Dynasta (fama Viri sancti incitaverat) honestissima legatione Boica evocatus - promptus rediit. Loco humili, quod hodie Weissenburgum nominant, novus hospes consedit, excitato vili tuguriolo, in quod se & suos reciperet. Ductu exin bubulci Gamundum, tunc temporis venatorum Wernberi diversorium, concessit. Confluentiam hodie vocant, quod duorum amnium confluentibus uno sinu misceatur. Ubi paulo post ope & opera Wernberi nobilissimi ordinis monasterii fundamenta iecit &c.* Fal-
litur

igitur WERNHERUM, quem *Browerus* aliique promiscue vocant *Wicelium*, *Wecelium*. *Werinbarium* Dynastam, stirpe Francorum antiquissima & nobilissima ortum, propriis bonis seu allodiis in confinio Galliae & Germaniae ad Rhenum, h. e. in pago Blesensi, ac quod dein apparebit Spirensi & Wormatiensi opulentissimum, Hornbacensis monasterii fundatorem ac Dominum, in maioribus Henrici IV. Imperatoris, qui Abbatiam Hornbacensem a parentibus suis antiquitus fundatam, seque iure sanguinis Advocatum illius praedicavit, numerandum, ac circa annum saeculi VII. quadragesimum florentem (v).

§. III.

Aemulantes autem, longius insequitur Warmannus, liberalissimum praefati Wernheri exemplum posterius eius quam plurimi multique alii benignitatis affectu repleti ultro se suaque praebuerunt. Horum notitiam nobis aperit c. XVI. dicens: *WIDO nempe de stirpe supra memorati Werinheri progenitus coenobium Hornbacense propria tenens in ditone, devotus erga id nimium extitit; qui plurima conferens donaria*----- Vixit autem WIDO saec. VIII. vergente atque iam tum aetate provectus fuisse videtur, quum filios habuerit maiores, ipsiusque frater WARINUS diem supremum a. 1000. obiisse existimandus sit. Certum est, WARINUM & WIDONEM, Comites, nepotes fuisse WERINHERI, qui illorum progenitor dicitur. Reliquit vero

litur tamen scriptor hic in appellatione, quae hodie viget. *Gemunde* est inferior pars oppidi; editior vero vocabatur *Hornbach*, quod posterius nomen hodie magis commune est. vid. supra c. I. p. 16. & 17. not. c. & d.

(v) Confer cum hac tota sectione & seq. Illust. *Eckbartum* de R. F. O. T. I. L. XXI. p. 360.

vero WIDO bina liberalitatis suae ac fraternae erga monasterium Hornbacense monumenta egregia, quae, quum ad familiam illorum illustrandam maximi sunt momenti, in lucem proferemus. Primae sunt litterae, quibus villam Myndenbach ecclesiae Hornbacensi tradidit (w): *Si aliquid de rebus nostris locis sanctorum conferimus, credimus exinde divinam habere retributionem, & alibi dicitur, date & dabitur vobis, & iterum, facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in eterna tabernacula.* Ita ego in Dei nomine VVYDO dono a die presente, donatumque in perpetuum esse volo ad monasterium S. Petri, quod vocatur Ganundias, quod a nostris progenitoribus (x) in pago Blesensi super fluviolos duos, videlicet Trualbam & Sualbam novimus esse constructum, & variis honoribus beneficiatum, et a venerabili Pyrmínio Episcopo ad honorem principis Apostolorum caractere Dei insignitum, ubi Armalardus Abba sibi in Domino iunctis peregrinis monachis sub regula S. Benedicti militantibus praesse ac deservire videtur, dono ad ipsum sacrum sanctum monasterium villam meam, cui vocabulum est Myndenbach in pago Blesense una cum integritate sua in elemosynam ----- & in elemosynam Germani mei nomine VVARINI, firmamus illam villam a die presenti ad illas reliquias, quod michi Erluinus ante hos dies per suas traditiones legibus tradidit, una cum perniis, casis, superpositis edificiis una cum adiacenciis eorum ibidem aspicientibus vel pertinentibus, campis, pratis, silvis, silvarumque usibus, farinarius, aquis,

M 2

aqua-

-
- (w) Reddo illas, prout in chartulario Hornbacensi descriptas inveni. Myndenbach hodie vocatur *Minbach*, & octo mille passus a Biponto abest.
- (x) Progenitores sunt, credo, avus & avia. Fundator autem fuit VVerinherus. Aviam fuisse *Wiligartam* infra docebimus.

aquarumque decursibus, mancipiis, servis, ancillis, libertis, libertatibus, una cum laboratis earum, accolabus atque meritis accolanorum, cultis & incultis, una cum egressu & regressu, quicquid ego in ipsa villa Myndinbach eo tempore visus sum habere vel possidere & michi de parte germani mei supra scripti VVARINI obvenit, una cum integritate, sicut superius conscriptum est, ad illas reliquias sancti Petri sicut superius diximus, que michi tradita fuit, ipsam villam totam ad integrum cum appendiciis suis dono -----.

Et placuit nobis rogacionem conscribere, quod superius intimare debueramus, ut ipsas res vel ipsam villam que vocatur Myndinbach, quam per precariam parentibus nostris (***) vel filiis nostris volumus habere, ut si ullus ullo unquam tempore nos vel filii nostri exinde calumpniare vel de manibus eorum auferre voluerit, ipsas res vel ipsam villam superius nominatas in legitimum alodium nobis vel filiis nostris revertatur. Signum † VVIDONIS Comitis, qui hanc donacionem fieri & firmare rogavit, signum † LANTBERTI (y) signum † Ebruni, signum † Wolfridi, signum † Adalmanni, signum † Wunlandi, signum † Acelini, signum † Berinberdi, signum † Bernhardi, signum † Adalbaldi, signum † VVicheri, signum † Erboldi, signum † Lanlini. In Dei nomine Thru-do notarius rogatus donacionem istam scripsi. Data est autem hec prefata donacio die Jovis ante medium mensis Maii feliciter Anno XXVIII. regnante Domino nostro Karolo Rege. Altera charta traditionis eodem anno data, cum priori in principio eadem & a nobis contracta haec est: Si aliquid----- in eterna tabernacula. Ita ego in Dei nomine VVIDO, dono a die presente, donatumque in perpetuum esse volo ad monasterium Gamundias vocatum, quod----- villas meas apud flumen Blesa, quibus vocabula Ramefsbach

(**) h. e. agnatis, Bettern, fratris filiis, cf. du Cange gloss.

(y) Lantbertum hunc filium fuisse videbimus §. V.

bach, Dutilveinga & VVylarn (z) una cum integritate sua, in elemosinam & ultimam voluntatem meam, similiter & germani mei WARINI Comitis, firmamusque illas reliquias sanctas, una cum berniis, casis, superpositis edificiis, cum adiacenciis eorum, ibidem aspicientibus vel pertinentibus, campis, pratis, pascuis, silvis silvarumque usibus, venacionibus, piscacionibus, aquis, aquarumque decursibus, mancipiis, servis, ancillis, liberis, libertatibus, una cum egressu & regressu, quicquid ego & germanus meus in ipsis villis eo tempore visi sumus habere, vel possidere, ita ut ab hac die ipsi Dei famuli habendi & tenendi, seu commutandi liberam in omnibus habeant potestatem in ipsis villis, nullo contradicente. Si quis vero, ego aut ullus de heredibus meis, vel quelibet ulla opposita persona, qui contra hanc donacionem elemosinariam plenissimam & ultima voluntate mea conscriptam, venire aut agere voluerit, nec hoc valeat evindicare, quod repetit, & tot marcas auri puri totiens dabit predictis reliquiis, pro quot denariis Ihesus Dei filius a Juda fuit venditus, & nichilominus presens donacio omni tempore, & in evum permanebit, & anathema sit in nomine Patris, Amen; in nomine Filii, Amen; in nomine Spiritus Sancti, Amen. Fiat, fiat, fiat.

Signum † VVYDONIS. Signum † Lantberti. Signum † Eberwini. Signum † VVolfredi. Signum † Adalmanni. Signum † Acellini. Signum † Bernhardi. Signum † Adelbaldi. Signum † Erboldi. In Dei nomine Trudo notarius donacionem istam scripsi, feliciter regnante Domino nostro Carulo Rege anno XXVIII. WERINHERUS igitur ille, fundator Coenobii Hornbacensis, nepotes reliquit WARINUM & VVIDONEM
M 3 Co.

(z) Ranspach hodie, Didelfingen, Wallersboffen; vid. supra c. I. p. 18. not. g.

Comites. Utrique fuerunt filii; uterque allodia habuit in pago Blesensi, quorum unum monasterio Hornbacensi collatum per praecariam ab eo recepit VVIDO pro, se, suisque ac fratris filiis. Fratrum horum patrem prodidit descriptio Marchae, quae pertinet ad *Heppenheim*, in pago *Rhenensi*, sicut semper ex tempore antiquo sub *Ducibus* & *Regibus* ad eandem villam tenebatur, in qua haec leguntur: hanc villam cum silva habuerunt in beneficio *VVEGÉNLENZO* pater *VVARINI*, & post eum *VVARINUS* Comes filius eius in ministerium habuit ad opus Regis (a). Sed de *VVARINO* Comite eiusque progenie iam speciatim; dein de *VVIDONIS* posteris.

§. IV.

Videtur *VVARINUS* Comes a. 10 cxcvi. diem supremum iam obiisse, cum *VVIDO* frater ex illius quoque ultima voluntate varia praedia Hornbacensibus tradiderit, ut ipsis propria essent. Atque illum puto subscripsisse chartae fundationis Abbatiae Prumienfis anno 10 cclxii. a *Pipino* Rege factae

(a) In *Freberi* Orig. Pal. P. I. p. 45. edit II. & *Tolneri* Cod. dipl. hist. Pal. n. I. p. 2, not. e. *Wegelenzo* nomen perill *Oblenschlager* in scripto supra §. I. p. 81. laudato p. 32. diminutivum esse putat nominis *VVege* sive *Bego* ad significandam exiguam corporis staturam usurpatum, adeo ut idem sit ac *VVegelein* s. *Bego* parvus. *Bego* autem ipsi cum *Eckbarto* est idem ac *Albericus*, & *Albericus* cum *Alberto* eidem convenire videtur. Mira profecto haec nominum aequae ac personarum confusio mihi parum placet, sed probabilius *VVegelezenzo* ortum esse videtur ex *VVecelo*, *VVegele*, quod contractum esse ex illo *VVerenbarii* sive *VVerenberti* nomine demonstratum dedit *Eckbartus* de R. F. O. T. II, L, xxxi. §. cxx. p. 513. Nihil tamen hic definire lubet.

tae (b); inter cuius testes occurrunt bini *VVarini* Comites, hic noster forte, & ille, qui in Suevia Camerae nuncii partes tes egit. Eodem anno donationem *VValurammi* cuiusdam, qui ecclesiae Fuldensi bona sua in Swaboheim, in pago Lobodunensi, tradidit(c), ac simili modo chartam, qua Sigewinus monasterio Laurishamensi vineam unam in villa Hantschuhesheim in pago Lobodunensi donavit [d], subscriptione tua firmavit *VVARINUS* Comes. Hunc *VVARINUM* Comitem pagi Lobodunensis etiam in occursum reliquiarum S. Nazarii, quas Roma Chrodegangus, Metensis Episcopus, monasterii Laurishamensis Auctor, in hoc transtulit, processisse narrat *Helwichi*us, Antiq. Laurish. scriptor[e]. An. 1022, eum fuisse inter proceres, qui post obitum Carolomanni, cui addicti erant, Carolum Regem Neustriae agnoverunt in conventu habito in Carbonaco Arduennae villa [f], suspicatur *Schannatus* in Traditt. Fuld. ad an. 1022, quo anno una cum uxore *FRIDERUNA* Fuldensi Coenobio locum dictum Biberbach in pago Moyngowe obtulit [g]. Anno Regni Caroli

-
- (b) Vid. *Calmeti* hist. Loth. T. II. probb. p. ci-civ. Sed correctionem exhibet eam *Hontbemi*us hist. Trev. dipl. T. I. saec. VIII. n. XLV. p. 122-125 ubi in primis confer eius notam h.
- (c) *Schannat* Tradit Fuld. n. XXI p. II. Subscripsit vero ita: *Signum* † *VVarino* Comitis.
- (d) *Johannis* Scriptt. Mog. T. III. in *Helwicii* Antiqq. Laurish. p. 9.
- (e) In *Johannis* Scriptt. Mog. T. III. p. 4.
- (f) *Annal. Metens.* ad a. 771. in *Cesarii* scriptt. Franc. T. III. & *Eginbardi* Annales regum Francorum ad h. a. qui eum appellat *Guarinum*.
- (g) *Schannat* Traditt, Fuldenf. n. LXIV. p. 33 & 34. ibique notata. Nef

roli Imp. XXVII, hoc est an. Chr. 1000, medio Augusto ex eiusdem praecepto VVARINUS Comes, filius VVEGELENZONIS, placitum in silva Heppenheimensi in pago Rhenensi ad tumulum, qui dicitur VValineburg, habuit, & cum illustrium virorum iudicio & testimonio silvam istam limitibus certis determinavit. Habuit is villam cum silva in beneficio ab Imperatore, aequae ac pater eius VVEGELENZO. Obiit tandem, quod probabile fecimus ante an. 1000. Anno autem saeculi IX. sexto occurrit VVERINHERUS nuncius Imperatoris in traditione quadam Fuldensi, (h) quem VVARINO filium adscribere prorsus non dubito. Anno enim sequenti 1000. in Comitibus Ingelnhemensibus a Carolo M. Rege celebratis (i) statutum est a VVERINHERO Comite illustri

Nescio tamen, an VVarinus Dynasta Francus Austrasianus inter Neustriae proceres fuerit, atque sic a Carolomanni partibus steterit. Videtur mihi potius is esse Arvernorum Comes, qui id temporis multum valuit. Confunduntur sine dubio personae ex similitudine nominis, quod saepius factum. Friderunam uxorem VVarini nostri ill. *Senckenbergius* Orig. Lud. barb. c. VIII. §. 3. l. c. p. 128. nescio qua ratione ductus suspicatur fuisse filiam Haganonis cuiusdam, Comitis VVormacensis. Neque haec coniectura mihi displicet. Lotharius enim Imperator in charta quadam Hornbacensi de a. 1000. Haganonis facit mentionem, qui res suas in pago Blisenfense cum omni appertinencia sua monasterio delegavit.

(b) Traditt. Fuld. n. cc. p. 94 in cuius fine legitur; *coram praefectis nuntiisque Imperatoris VVerine & Unfride.*

(i) *Karolus enim Imperator, teste Chronico Moissiacensi ad a. 1000. in Chesnii Scriptt. rer. Fr. T. III. perrexit ad Ingelaeim palatium, & ibi habuit conventum suum cum Episcopis & Comitibus & aliis fidelibus, & mandavit eis, ut iustitias facerent in regno eius.*

stri (k) confirmatumque a Rege, ne quis nisi aetate propinquior ipsi aut sexu vicinior ius proprium haberet in monasterium Hornbacense. Descendit igitur a WERINHERO illo eius Fundatore vel per WARINUM Comitem vel per WIDONEM. VVIDONIS non fuit, quod statim videbimus, ergo VVARINI. Sed prodeat in lucem statutum illud, quod tamen incitiam librarii interpolatum adiectionem habet noviore a VVERINHERI verbis facile distinguendam, & a nobis uncinis inclusam; *In nomine sancte & individue Trinitatis. Hec sunt statuta Hornbacensis coenobii, que ego VVERINHERUS Comes illustris primo ab Apostolice Sedis presule impetravi, & cum Serenissimo Imperatore Karulo apud regiam curiam Ingelheim communi consilio principum coadunavi & stabilivi eo scilicet pacto, eaque ratione ut nullus propinquorum meorum super eundem locum ius proprium aut dominatum haberet, nisi qui michi etate propinquior aut sexu vicinior esset (l), atque Abbas solummodo illiusque procuratores super familiam sancti Pirmini regendi, ligandi, solvendique potestatem habeant in pago Bliesensi, nullusque supradicto Abbati atque procuratoribus potestative vim inferat aut inferret Episcopus aut advocatus, nisi aliqua rationabili causa fuerit vocatus (m).* [Hec vero pactio regalis & hec confirmatio ab Imperato-

N

ri-

-
- (k) Cf. Eckbartum de R. F. O. T. II. ad h. a. ubi inter alios Audulfum & VVerinherium Comites ac missos regios hisce Comitibus interfuisse, ac dein in Bavariam, ut belli duces adversus Bohemos essent, ablegatos fuisse narrat.
- (l) Prorsus haec concordant cum charta Henrici IV. Imp. de a. c1077. ex qua supra c. II. §. xi. p. 76. huc facientia excerptimus. Infra eam integram dabimus.
- (m) Incipit hic interpolatio.

ribus Karulo videlicet, Ludowico ac Lothario successoribus-
que eorum commendata privilegiis & heribanno usque ad mo-
derna tempora in honorem sancti Pirmuni inconvulsa manet &
manebit, dum novissima insonuerit tuba (n).] *Si quis vero,*
quod futurum esse non credo, se erexerit, qui contra hec statuta
venire temptaverit, aut ea infringere voluerit, cicius iram Dei om-
nipotentis incurrat, & quod repetit, evendicare non valeat. Hec
ut dictum est regalis auctoritas in hiis omnibus rata & irrefraga-
bili stipulacione subnixta permaneat. Data est apud Ingelheim
III. Idus Maii (o). Tres igitur iam habemus WERINHE-
ROS feu Warinos, Werenharios, Warnarios, quos dein ita
a se invicem discernemus, ut primus nobis appelletur funda-
tor cœnobii; secundus, quem eius nepotem, fratremque Widonis
ac Comitem Lobodunensem fuisse vidimus; tertius vero Nun-
cius Imperatoris, Dominus cœnobii Hornbacensis haeredita-
rius, qui fundatoris, pronepos & VVarini Comitum Lobodunensis
filius existimandus est.

§. V.

Jam de WIDONE eiusque filiis. Detegit unum ex illis
&

-
- (n) Hactenus aliena ab hoc statuto nostro. Ex hac adiectione ta-
men clarius apparet, monasterii Hornbacensis homines vi privi-
legii eximii nullum heribannum solvisse, h. e. multam, quae in
exercitum pergere post bannum & submonitionem contemnti
indicebatur.
- (o) Annus, quem supra nondum auguratus eram c. II. §. iv. p. 49.
not. v, est MCCCVII. Ex iis, quae Eckbartus de R. F. O. T. II.
L. XXVII. §. XLVIII. affert, cognoscimus, Carolum Imp. IV. Kal.
Maii Aquisgranis etiamnum fuisse; ex hoc nostro autem diplo-
mate videre licet, eundem iam ineunte mense Maio Ingelhemii
Comitia celebrare coepisse.

& quidem natu maiorem charta Ludovici pii Imperatoris, qua monasterio Hornbacensi bona quaedam in Gylnheim, villa pagi Wormaciensis, & in loco, qui vocatur ecclesia Abbonis, in pago Blesensi ablata restitui iussit, egregie ad novam lucem familiae illustrissimae impertiendam faciens. En illam: *In nomine Dei & Domini nostri salvatoris Ihesu Christi Hludovicus divina ordinante providencia Imperator Augustus. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei eiusque in eisdem locis siti famulantibus beneficia opportuna largiuntur, premium nobis apud Dominum eterne remuneracionis rependi non diffidimus. Igitur notum esse volumus omnium fidelium nostrorum presencium scilicet & futurorum industrie. Quia adiens serenitatem culminis nostri quidam Abba nomine Wyrundus ex monasterio Orembach, quod est proprium quibusdam fidelibus nostris LANTBERTI scilicet & HERARDI constructum in honorem sancti Petri principis Apostolorum. Suggestit nobis, & quod tempore Domini & genitoris nostri Karoli bone memorie piissimi Augusti eo non iubente imo prorsus nesciente quidam homines cupiditate ducti aliquas res a presato monasterio per malum ingenium abstraxissent, quod nos dum ad hoc investigandum Donatum fidelem nostrum iuxta veritatis & equitatis ordinem diligenter perscrutari iuberemus & ille re diligenter perscrutata & per homines bone fidei veraciter inquisita invenit & nobis nunciavit, quod quidam homo nomine Sygismundus absque iudicio & sine lege reddidisset cuidam vilico nomine Rotberto, qui villam nostram providebat, mansiones tres cum curte & hortile vinea habente luttos sex, nec non & in pago Wormacense in loco, qui dicitur Gylnheim marcha (p) invenit, quod*

N 2

pre-

(p) Gelheim, oppidulum ditionis Nassovicae Weilburgensis haud procul a monte, qui vocatur Donnersberg.

predictum monasterium, dum in commune a WARNARIO & WIDONE patre predicti LANTBERTI possidetur, quasdam res in prescripto loco interpellante Attone quondam Comite (q) eundem VVARNARIUM, suam porcionem reddidisset & cum ea porcio presati VVIDONIS ex prescripto monasterio iniuste ablata sit, etiam & in pago Blisinsle de quadam ecclesia, quae dicitur Apponis (r) cum suis appendiciis, que predicto monasterio conlata est, quod eo modo porcionem predicti VVIDONIS Wicbertus Comes cum porcione predicti VVARNARII ad partem Dominicam propriiserit (s) videlicet, quod nec Advocatus predicti VVIDONIS nec ullus quilibet nec superius dictam porcionem reddiderit. Quod dum nobis predictus missus noster ita nunciasset, placuit Serenitati nostrae, & res, quas Sygismundus absque lege & iniuste reddiderat, & has porciones, que ab Attone & Wicberto cum rebus VVARNARII ablate sunt, predicto monasterio reddi. Propterea hanc auctoritatem predicto monasterio fieri iussimus, per quam precipimus atque iubemus, ut res, quas predicto monasterio reddidimus deinceps Abbates ipsius possideant, & nullam deinceps commocionem aut calumpnam aut aliquod impedimentum a parte fisci nostri aut ab alia qualibet emissa vel subrogata persona, ab hodierno die & semper pro hac causa se habituros penitus pertimescant, sed ut dictum est, absque alicuius contrarietate & preiudicio res memorate in potestate predicti monasterii perpetuo legaliter & firmiter consistant.

-
- (q) Fuit is Comes Moguntiae & pagi Wormaciensis temporibus Caroli M.
 (r) Suspensus iam sum c. I. p. 19. esse vicum *Weiskirchen* forte est *Kirchheim*, praedium pagi nostri.
 (s) *Proprendere*, s. *porprendere* varias habet significationes; h. l. videtur idem esse ac *confiscare*.

sistant. Hec vero auctoritas ut per futura tempore inconvulsam obtineat firmitatem, ab omnibus verius certiusque credatur-----.
 Datae VII. Idus Augustas Anno Christo propicio VI. Imperii Domini Hludowici piissimi Augusti indictione XII (t). Actum Ingelnbaim palacio regio. In Dei nomine feliciter. Amen.
 VVARNARIUS igitur sive VVERINHERUS, credo tertius, & VVIDO Domini fuerunt haereditarii monasterii Hornbacensis, & post illos LANTBERTUS & HERARDUS. Ille patre usus est VVIDONE, hic sine dubio a VVERINHERO processisse videtur. VVERINHERUS cum VVIDONE in pago VVormaciensi & Blesensi possessiones habuerunt; ille tamen interpellante Attone Comite, ut poenam contumaciae lueret, bonis quibusdam exutus est. Jam cum portio VVIDONIS una ablata fuerit, LANTBERTUS pronepos & HERARDUS abnepos fundatoris coram rege deprecati sunt, ut iniuste ablata redderentur, idque obtinuerunt.

§. IV.

Jam de LANTBERTO sive LAMBERTO videndum est. Is iam a. lōccc. missi Dominici officio defunctus est, teste charta quadam Fuldensi (u), dein in Comitatu Ludovici pii Augusti fuit; qui narrante *Astronomo* in ipsius vita (v) statim post obitum patris Caroli M. Heristallio, quo ex Aquitania pervenerat, Walam, VVARNARIUM, LANTBERTUM & Jngo-

(t) Datae igitur sunt litterae a Christi lōcccxix. nec quod supra c. II. p. 51. not b. putaveram lōcccxx.

(u) *Schannat.* Traditt. Fuld. n. cXLIII. p. 71. ubi inter testes occurrunt *Hatto Comes & LANDBERTUS Nuntius Domini Regis.*

(v) Ad an. lōcccxiv. in du *Cbesne* scriptt. T. II. 295.

gobertum Comites Aquisgranum praemisit, qui sororum procos usque ad adventum eius custodirent. VVERNARIUS haud alius esse videtur, quam VVERINHERUS III, quem missi Dominici provincia ornatum auctoremque statuti Hornbacensis supra cognovimus. Atque is tum ab uno procorum Hedoino occisus est. LANTBERTUS vero saucius evasit, atque ab Imperatore in summo honore deinceps habitus cum Matfrido Comite Aurelianensi in rebus gerendis consiliator rectorque adfuit. Ipse igitur Augustus eum appellat virum illustrem ac Comitem in charta quadam eximia, qua monasterio Hornbacensi marcham quandam in pago Wormaciensi credo circa Wachenhemium ad fluviolum Prim, de qua eidem lites motae erant, adiudicavit.

In nomine Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi Hludovicus divina ordinante providencia Imperator Augustus. Notum esse volumus cunctis fidelibus nostris presentibus scilicet & futuris. Quia adiens serenitatem culminis nostri Vir inlustri LANTBERTUS Comes suggestit nobis, eo quod actor dominicus nomine Nantcarius ex fisco nostro Franconofurd propriisset tempore Domini & genitoris nostri Karoli bone memorie piissimi Imperatoris quasdam res i. e. terras & silvas & prata super Marcham sita, que est ex monasterio suo, quod dicitur Orombach. Nos vero hanc rem iussimus investigari dilecto filio nostro Hlothario Imperatori nec non & Matfrido inlustri Viro. Postea veniens ad nos Wyrundus predicti venerabilis monasterii Abba eandem causam nobis suggestit. Nos iterum iussimus Matfrido & alios fideles nostros hanc rem diligenter inquirere. Qui sicut nobis renunciaverunt, invenerunt per Hruotbertum Comitem (x) & ceteros nobiles

(x) Comes pagi VVormatiensis & Moguntinus in Traditt, Fuld.

les ac veraces homines circa manentes, quod predictus Nantcharius cum servis dominicis iniuste ipsam investituram de potestate predicti monasterii abstulisset, & per iusticiam & certitudinem inter nostram & predicti monasterii partem esse debebat, & quod predicta marcha divisa esset in via, que dicitur Talanweck & inde ab Geroldisphad (y) deinde ad Wisigartaweck, sed & Gberoldus actor noster, qui predictum fiscum nostrum in ministerio habet, interrogatus ab eis nullam rei certitudinem potuit demonstrare, qualiter ad nostram partem legibus tenere potuisset & ideo placuit nobis secundum hanc inquisitionem eandem marcham predicto monasterio reddi, sicut inquisitum & testificatum fuit. Proinde hanc auctoritatem preceptionis nostre fieri iussimus, per quam precipimus atque iubemus, ut sicut a fidelibus nostris inquisitum & nobis nunciatum est, ita ab hodierno die in potestate predicti monasterii consistat, & nullam deinceps commocionem aut calumpniam aut aliquod impedimentum a parte fisci nostri pars predicti monasterii se habituram penitus pertimescat, & ut hec auctoritas firmitior habeatur & a fidelibus nostris verius certiusque credatur atque conservetur de annulo nostro subter eam iussimus sigillari. Durandus Diaconus ad vicem Fridugisi recognovit. Data VI. Idus Januariarum Anno Christo propicio VIII. Imperii Domini Hludowici piissimi Augusti (z). Atque hac auctoritate apud Imperatorem floruit, quoad Bernhardus Septimaniae Dux primarius rei publicae administer factus est. Ex eo tempore LAMBERTUS Comes cum Matfrido potentiae socio aemulove in partes Lotharii

an. lccccl - lcccclxix. occurrit.

(y) Nomina haec viarum forte convenientiam habent cum vicorum Dablheim, Geroldsheim appellationibus.

(z) Convenit hic annus Imperii cum a. Chr. lcccclxii.

rii filii ivit, eique omnium rerum adversus patrem gestarum auctor exstitit (a). Hinc illae privilegiorum Hornbacensium confirmationes a Lothario, dum patrem omnibus calamitatibus oppressum tenebat, datae (b). Anno tandem 1000, pluribus cum filio rebelli facientibus Franciae proceribus fatali (c), aut si Bertinianos annales sequi malis, anno sequenti mortuus est LAMBERTUS, *fautor Lotharii maximus*. An filios reliquerit, certo definire non possum. Cum tamen in Marca Britannica, quam ille tenuerat, seditionis turbas ab a. 1001. per LAMBERTUM quendam Comitem eiusque fratrem WARNARIUM renatas commemorent scriptores, utrumque ex LANTBERTO nostro procreatum esse arbitror. WARNARIUS an 1002. a Gozberto Comite captus & ad Carolum regem deductus est. LAMBERTUS vero frater iterum in gratiam rediisse videtur cum Carolo calvo rege. A. enim eius saeculi LX. Ducatum inter Ligerim & Sequanam in finibus Britanniae tenuit; sed ab eodem Gozberto necem Viviani Comitis ulturo interfectus poenas violentiae, contumaciae ac turbarum, quas vivus identidem excitaverat, tandem dedit (d). §.

(a) Cf. vitam Ludovici pii supra laud. ad. a. 1000.

(b) Vide supra c. II. §. V. not. e. p. 52.

(c) Ita Auctor vitae Lud. pii ad a. 1000. *Ea tempestate quanta lues mortalis populum, qui Lotbarium secutus est, invaserit, miserabile dictu est. In brevi enim a Kalendis Septembribus usque ad missam S. Martini bi primores eius vita excefferunt: Jesse -- Episcopus, Helias -- Episcopus, VVala -- Abbas, Matfridus, Hugo, LAMBERTUS &c.* Illustravit h. l. Eckbartus Comm. de R. F. O. T. II. L. XXIX. §. LI. p. 293.

(d) Eckbartum de R. F. O. T. II. L. XXIX. §. CXIV. L. XXX. §. II. & LXXX.

§. VII.

Ex Neustria, in qua cum LANTBERTO nostro Dynasta Franco vagati sumus, redeamus in Vogesum oramque Rhenensem, caeterasque Francicae stirpis propagines cognoscamus. LANTBERTI condominus monasterii Hornbacensis haereditarius fuit post VVERINHERI III. obitum HERARDUS filius, quod ex diplomate Ludoviciano an. 1000. dato supra §. v. cognovimus. Silent de eo postea Hornbacensis coenobii aequae ac pagi Spirensis & VVormatiensis monumenta. Probabile igitur est, ipsum honoribus ornatum alibi commoratum sedem suam fixisse. Quare cum in pago Loganensi inferiori an. 1000. comitatum habuerit cum beneficiis GEBEHARDUS Comes, cui Ludovicus pius quasdam beneficii res commutandi facultatem dedit (e), haud equidem dubito, hunc esse eundem cum HERARDO. *Herardus, Gerardus, Gebehardus* promiscua nomina sunt in diplomatibus & apud scriptores antiquos (f). Dabo iam

O

opi-

LXXX. &c. L. XXXI. §. LXV qui ibidem veteres excitat scriptores. Erravit igitur Francicae historiae scriptor elegantissimus, P. Daniel, qui ad a. 1000. binos hosce Lambertos parum a se invicem distinxit. Si posterior hic Lambertus cum fratre VVarnario patrem non habuit Lantbertum nostrum, quod omnino probare non possumus, sed tantum coniiicimus, forte hic cum Lothario agens in Italia posteritatem reliquit. Videas enim ibi saeculo nono vergente Lambertos & VVidones regni aemulos ac Imperatores, ex genere Francico oriundos. Sed hoc iis examinandum relinquo, quibus melior copia librorum, & imprimis *Muratorii* scriptorum est, quam mihi.

(e) Vid. *Joannis* Spicil. tabb. vet. in dipl. misc. n. I. p. 439-440.

(f) Exemplum huius rei praeber Conradi I. regis patruus, quem *Regino* Ger-

opinionis novae rationes. *Conradum* Werinheri filium, *Ducem* Wormatiensem & Lotharingiae ex progenie *Conradi regis* fuisse, confirmat nobis *Chronographus* Lambecianus (b). Nexum hunc quidem certissimum *Eckhartus* scite satis, quantum pro documentorum copia licuit, indicavit (i), haud tamen probavit, eumque plurimi generis Francici descriptores secuti sunt. Sed nondum permoveri potui, (atque in eo summi *Koeleri* iudicium sequor) ut *Werinherum*, *Conradi Wormaciensis* patrem, *Conradi regis* fratrem fuisse crederem. Qui enim *Conradi regis*, *Eberhardi Ducis* Franciae Rhenensis, & *Werinheri* fratris fictitii avus esse perhibetur, *Werinherus*, *Camerae* nuncius in Francia & *Adelberti* Collega, eodem tempore cum nepotibus vixisset, atque officiis functus esset (k). Sese certe propius contingunt, quam ut hoc gradu a se differant (l). Silent scriptores, silent diplomata fraternitatis cognationem inter *Conradum regem* & *Werinherum*, cum

ta-

Gerardum, *Geberhardum*, & *Gebelhardum* appellat. In *traditt.* *Fuldensibus* audit semper *Gebehardus*.

(b) *Comment. de biblioth. Caes. L. II. c. V. p. 394.*

(i) *L. c. p. 717, 718 & 824.*

(k) Franciam enim hi *Camerae* nuntii administrarunt decennio extremo saeculi IX. In *traditt. fuld.* vero iam 1000 occurrit *Gebehardus Comes* & *Advocatus maior* *Fuldensis* cum fratribus *Conrado* & *Eberhardo*, statimque saeculi X. initio *Werinherus Comes* *Wormacensis* fuit, adeo ut ille *Camerae* nuncius, huius *Comitis* *Wormatiensis* pater potius censendus sit, quam avus.

(l) Hinc etiam ill. *Senckenbergius* *Werinherum* *Camerae* nuntium fratrem *Conradi Regis* natu maiorem fecit. Qui igitur *Eckharto* pater est *Conradi Comitis*, *Hassiae Angariaeque praesidis*, ille *Senckenbergio* est huius filius. Mirabilis profecto est haec sententiarum disiunctio.

tamen de hoc saepius loquantur (*m*). Accedit, quod Comitum Vederoviensium, ex quibus Conradus Rex est, ante ipsius regiam dignitatem nulla mentio fiat in iis, quae pagum Spirenses & Wormacienses respiciunt; Werinheri autem omnes sedem quasi haereditariam in his pagis habuerint. A communi igitur quidem stirpe processerunt Comites Francici, quos Tabula I. Koeleriana, & illi, quos secunda exhibet, sed ex qua duplex genus generatum est. Stirpem facimus WERINHERUM III. missum regium, cuius filii diversarum familiarum auctores exstiterunt. Primus est GERARDUS, quem Dynastam Francum fuisse vidimus, comitem vero Loganensem & satorem Comitum Vederoviensium fuisse, probabile facimus ex eo, quod Conradus Hassiae Comes, Gerhardus Vederoviensis, Eberhardus Comes Loganensis in eadem provincia inclaruerunt; & hic quidem Comitatum Loganensem inferiorem filio suo Conrado Curcipoldo reliquit; Otto vero Comes frater Conradi regis pagum Loganensem superiorem rexit; huiusque Ottonis filius Eberhardus Conrado curcipoldo mortuo etiam Comes pagi inferioris Loganensis

O 2

fac.

(*m*) Possset forte adiuvari sententia Eckhartiana diplomate Ludovici regis super rebus quibusdam fitis in villa Domni Apri a. 1000. dato, in quo haec leguntur: *noverit industria, quoniam Isaac Chuenradus atque Varnarius, partes, Celsitudinem nostram efflagitati sunt.* Isaac Comes ob senectutem praecedit, reliqui duo iunguntur. Quid vero vox *partes* librarii manu corrupta sibi velit, aliis divinandum relinquo. Quam autographon in Abbatia s. Maximini etiamnum servetur, facile ab harum rerum intelligenti verior lectio indagari, atque sic forte nova lux impertiri possset. cf. *Hontbemi* hist. Tr. T. I. p. 259.

factus est (n), a quo Comites Nassovici dein optime derivantur. Neque vero GERARDUS ille temporibus illis turbulentis, quibus Franciae proceres divisi erant, atque uni aut alteri regum adhaerebant, otio elanguisse existimandus est. Imo reperire mihi illum videor inter Ludovici germanici proceres, quos a. 1000xxxiv. ad Lotharium fratrem, ut de patre liberando agerent, Aquisgranum ablegavit. Fuit is GERARDUS *nobilissimi & fidissimi Ducis* titulo insignis (o). Comites enim saepius & inprimis quando apud exercitum agebant, audiunt Duces. Eodem deinde ipse Ludovicus pius Imperator ad Lotharium a rebellionem secum in gratiam reducendum inter alios usus est. Comitiis Aquisgranensi (p) & Noviomageni (q) a. 1000xxxii. & sequenti celebratis interfuit idem Comes GERARDUS sive GEBAHARTUS Comes. Recurrit a. 1000cclvi. inter principes testes commutationis inter Hattonem abbatem Fuldensem & Sigehardum Comitem (r). Coniecit igitur iam ill. *Senckenbergius* ex temporis analogia (s), GERHARDUM hunc filium fuisse WERINHERI, nuncii Imperatoris, atque idem charta Hornba-
cen-

(n) Vid. de his omnibus viri celeb. I. I. Reinhardi *Juristisch, und Historisch kleine Ausführungen*; part. II. Deduct. X. §. XXIV. & XXV. quocum confer doctissimi Gebhardi programma: *Von dem Ursprung des Hauses Nassau*, §. 17. & tabulam adiunctam. Ottonem Conradi Regis fratrem primus produxit *Schannatus* in Traditt. Fuld. n. DLII. P. 227.

(o) *Theganus* de gestis Ludovici pii c. XLV.

(p) *Eckbartus* de R. F. O. l. c. p. 299.

(q) Idem l. c. p. 309. & *Schannati* trad. Fuld. n. ccccxxxiv. p. 172. ubi inter testes chartae Fuldensis legitur.

(r) *Schannat.* l. c. n. cccclxxvi. p. 173. *Signum Gerharti Comitis.*

(s) In *Sel. iur. & hist.* T. III. l. c. p. 129.

ensis §. V. a nobis luce donata satis superque prodit. Merito sic illum patrem existimamus CONRADI, GERHARDI, EBERHARDI & RUDOLFI fratrum. Neque temporis rationes huic asserto adversantur. HERARDUS enim, WERINHERI filius, ineunte saeculo IX. probabiliter natus est, & si aetatem certe LXX. annorum attigit, proxime abest a fratribus illis, ex quibus GERARDUS iam a. 1000. Comitis & advocati maioris Fuldensis dignitate floruit [t] ad minimum iam annos XXX. natus; CONRADUS etiam natu maior iam a. 1000. Poppone Thuringorum Duce deposito Ducatum illius adeptus est (u) & a 1000. filium CONRADUM, dein regem, habuit idoneum belli ducem (v), adeoque iam circa a. 1000. natum; ex quo colligere licet, CONRADUM seniore[m] ante saeculum IX. medium lucem primam vidisse. Omnia igitur optime conspirant, nobisque suadent, ut viam adhuc tritam relinquamus, novam ineamus. Relinquimus iam filios GERHARDI, quos Excell. *Koelerus* iam satis cum posteritate sua in lucem protraxit (x).

§. VIII.

Opportune sese nobis in alterum genus Francicae stirpis indignantibus offert charta donationis praedii cuiusdam in pago Spirensi monasterio Hornbacensi per WILIGARTAM *alta* WERNHERI *prosapia ortam* & ipsum WERINHERUM illius nepotem factae anno 1000. En illam: *In nomine sancte*

O 3

3

(t) Traditt. Fuld. n. DXXVIII. p. 214.

(u) *Regino* ad h. a.

(v) *Regino* ad a. 1000. vide supra c. II. §. not. p.

(x) In egregia Dissert. *Geneal. de Familia Augusta franconica* Tab. I. & probb.

Et individue Trinitatis, summe majestatis. Si quis pro Dei amo-
 re vel pro anime sue remedio de sue proprie hereditatis rebus loca
 sanctorum Dei ditaverit vel auxerit, eterne retributionis premia
 ad nos recipere non diffidimus. Idcirco omnibus Christiane fidei
 cultoribus presentibus scilicet Et futuris liquido manifestum sit, qua-
 liter ego WILIGART alta WERINHERI prosapia orta pro anime
 mee Et parentum meorum absolucione Deo sanctoque Pyminio
 cum consilio scilicet Et consensu suprascripti WERINHERI, ad cuius
 proprietatem ipsum predium ex parte pertinet, trado atque trans-
 fundo donatamque in perpetuum volo curtim meam, que ex attave
 mee (y) cognomine Willigartlawisa (z) ab incolis appellata est,
 cum proxima sylva, que eidem curti adiacet in pago Spirensi in
 Comitatu Siggeri Comitis, cum omnibus utensilibus illuc rite perti-
 nentibus cum ecclesia Et farinariis, areis, edificiis, terris cultis Et
 incultis, campis, pratis, exitibus Et redbus, viis Et inviis, que-
 sitis Et inquirendis, mancipiis utriusque sexus Et cunctis aliis ap-
 pendiciis, que dici aliquo modo aut nominari possunt, ea condicione,
 ut nempe Abbas Et alii ibidem Deo servientes teneant, possideant,
 vel quicquid exinde facere voluerint, liberam in omnibus habeant
 potestatem. Et ----- michi Et nepoti meo WERINHERO pla-
 cuit ----- Si quis vero, quod futurum esse non credo, si ego, quod
 absit aut ullus de heredibus vel coheredibus meis aut ulla opposita per-
 sona contra hanc donacionis epistolam insurgere temptaverit, iram
 Dei omnipotentis sentiat non evadere, Et ab eadem, que deglutivit
 Dathan, timeat absorberi voragine. Insuper ad usum eiusdem

mo-

- (y) h. e. proaviae. *Willigarta* igitur haec fuit uxor *Verinheri* I. (11)
- (z) *Willigartswiesen* in praefectura Tabernae montana. Silva vico huic
 contigua & monasterio Hornbacensi propria vocatur etiamnum
 der *Pirmanswald*.

monasterii V. libras auri & X. coactus persolvat argenti Ut hec nostra donacionis tradicio firmiter in futuris temporibus a cunctis fidelibus habeatur a supra dicto Imperatore Ludowico impetravimus sigilli sui impressione assignari. Signum Serenissimi Imperatoris Ludowici. Data Kln. Maii anno dominice incarnationis DCCCXXXVIII. Indictione VI. regnante Ludowico Imperatore XVI. anno. Actum in Glynheim manu Sygibaldi Cancellarii. Confirmacio autem facta Lutrammesforst sub Siggero Comite XI. Kln. Junii, In Dei nomine feliciter, Amen.

Quantum ex praediis in agro Spirensi a WERINHERO possessis, ex sede eius & VVILIGARTAE in Glynheim, curte pagi VVormaciensis, ex liberalitate erga monasterium Hornbacense, ex alta eius profapia, ex nomine dynastis Francis familiari, tandemque temporum convenientia colligere licet, colligere profecto debemus, illum filium VVERINHERI III. Nuncii Imperatoris fuisse (a) atque in provincia Rhenensi remansisse, cum frater eius trans Rhenum sedem suam collocavit, inque illius adeo familia dein Dominos Hornbacensis monasterii quaerendos esse. WERINHERUM hunc appellamus IV. Beneficus idem fuit erga monasterium Laureshamense, cui ornando WARINUS Comes, avus huius VVERINHERI, iam operam dedit, quod §. IV. vidimus. Tempore enim Samuelis Abbatis, qui ab a. 1000 usque ad a. 1050. coenobium rexit, Ludovicus Germanicus Rex illustri Comiti WERINHERO praedia sua in villis Biblitz & Wadtinheim sitis in pago Rhenensi super fluvium Wisgoz & villam Zullestein, sitam in ripa fluminis Rheni, cum portu & omni integritate sua, regia auctoritate tradidit; quae mox idem WERINHERUS

(a) In quo iterum consentientem habemus Senckenbergium l. c. p. 180.

RUS *Laureshamensi monasterio assignavit, & ad dies vitae suae in precariam accepit; qui post obitum in capella ecclesiae Laurisheimensis, quae Varia dicitur, sepultus fuit (b).* A. autem 1000LXI. WERINHERUS noster, quam Annales Fuldenses *unum ex primoribus Francorum* vocant, consiliorum socius fuit Carolomanni, filii regii natu maioris, qui foedere inito cum Rastice Moravorum Duce una cum Ernesto socero suo, Bavariae Duce, tummate inter omnes optimates Ludovici Regis, turbas patri concitaverat. Sed seditio statim a Ludovico patre exauctoratis Ernesto caeterisque rebellibus sedata est. WERINHARIUS autem a. demum 1000LXV, quo Ernestus ille obiit, infidelitatis reus, honoribus suis pariter privatus est, proprietate tamen ipsi relicta (c). Quod igitur iam erga Regem animo erat alieno, eum anno sequenti alter Regis filius Ludovicus Iunior turbas commoturus consiliis suis adhibuit, simulque ei pristinam dignitatem se restitutum promisit (d). Quamvis igitur & haec seditio statim exstincta fuerit, Ludovicus tamen iunior, patre a. 1000LXXII. defuncto promissorum memor, WERINHERUM filiosque liberalitate sua complexus esse videtur. *Praedium enim suum in VVinenheim eidem WERINHERO Comiti, cuius supra in Samuele sexto huius loci Abbate, mentio facta est, tradidit, ac per ipsum illud postmodum in ius & dominium S. Nazarii, hoc est, huius monasterii Laurisheimensis transfudit (e).* Superstes igitur quidem fuit Ludovico Germa-

(b) Verba sunt *Helwicii* in *Antiqq. Laurish. c. VI. §. II. in Johannis script. Mog. T. III. p. 25.*

(c) Vide *Annales Bertinianos & Fuldenses* ad a. 1000LXI & LXV.

(d) cf. rursus *Annales Bertin. & Fuld.* ad h. a.

(e) *Helwicum* c. IX. §. 3. l. c. p. 30.

manico, haud tamen longe aetatem ipsius a sepulchro abfuisse, docent temporum rationes. Invenit illud in monasterio Laurishamensi, in cuius necrologio (f) dies WERINHERI Comitum emortualis a. d. V. Kalend. Febr. esse scribitur.

§. IX.

VVERINHERI, primatis Franci, de quo §. praecedenti disputavimus, filium sapienter coniiciunt VVERINHERUM, Camerae nuncium in Francia atque Adelberti Babenbergensis Collegam (g) Jll. *Eckhartus*, &, qui ex eo sua illustrarunt, excell. *Estor*, celeb. *Gebhardi* aliique plures. Obiit is, testante *Ekkebarde* monacho S. Galli, morbo, & quidem ante tristia bella Comitum Babenbergensium & Vederoviensium. VVERINHERUS & Adelbertus adversabantur identidem Hattoni

P Epif.

(f) Exstat illud in *Schannati* Vindemiis litter. Collect. I. n. V. ubi vid. p. 26.

(g) *Ekkebardus* iun. de casibus monasterii S. Galli in *Goldast*. scriptt. Alemann. Tom I. p. I. p. 15. edit. Senckenberg. haec habet: *Nondum adhuc illo tempore Suevia in Ducatum erat redacta, sed fisco regio peculiariter parebat, sicut hodie & Francia. Procurabant ambas Camerae, quos sic vocabant, nuncii. Franciam ad Alpes tum WERINHERE (lege: Adalpertus & VVerinhere). Sueviam autem Pertolt & Erchinger fratres; quorum utrorumque multa ditioni subtracta sunt per munificentias regias in utrosque Episcopos (Constantiensem & Hattonem Moguntinum). Surgunt inde invidiae & odia utrorumque in ambos praeter scelera, quae in Reges ipsos machinati sunt. Hattonem Franci illi saepe perdere moliti sunt. Sed astutia hominis in falsam regis gratiam suasi qualiter ad Alpes (Adalpertus) fraude eius de urbe Pabinberck detractus capite sit plexus (alter enim morbo obierat) quoniam vulgo concinnatur & canitur, scribere superfedeo.*

Episcopo, qui gratia Arnulfi Imperatoris florebat, dein vero durante pueritia Ludovici regis regnum una cum Ottone Saxoniae Duce administrabat. Is igitur VVERINHERO mortuo sine dubio intentus fuit, ut Adelberto Bambergensi Comiti Collegam in Francia administranda daret sibi magis amicum; forte etiam Comites Vederovienses, Conradum seniore[m] fratresque, qui tum plurimum auctoritate ac potentia florebant, ut Adelberto resisterent, incitavit. Inde dissidia ista utrique familiae fatalia. Crevit invidia inter utramque, quod Rudolfus Episcopatum VVurtzburgensem, Poppone, & Adelberti patruo, Thuringorum Duce deposito Conradus senior, Hassiae & Angariae praeses, Ducatum obtinuerat, quo tamen mox dimisso deinde Burchardus, de cuius origine statim videbimus, potitus est. Hattonis tandem stratagemate a. 100000. Adelbertus ex castello suo Tariffa, quod ipse Ludovicus Rex armis expugnare non poterat, protractus necique obiectus est. Haud igitur video, quomodo opinio eorum, qui VVERINHERUM Camerae nuncium patrem fuisse Comitum Vederoviensium putant, probabilior fiat ex eo, quod post illius obitum lites illae celeberrimae natae sint. De his satis. An VVFRINHERUS V. fratres habuerit, certo exploratum non habeo. Sed probabiliter id disputabo. Inde ab a. 1000000. usque ad a. 100000. in pago Spirensi, VVormatiensi & Einrich (b) illustris fuit VVALAHO dilec-

(b) Subscripsit concambio cuidam. in Traditt. Fuld. cum caeteris Comitibus Francicis & Burchardo filio a. 1000000. In diplom. Arnolfi Imp. a. 1000000. apud *Schannatum* hist. VVormat legitur: *quasdam res iuris nostri-----in Comitatu Walabonis, in pago Wormazfeld sitas.* Tum pagus *Enrichgome* iacere dicitur *in Comitatu Walabi.* *Helwich* Antiqq. Laurish. l. c. p. 36.

lectus Ludovico infanti Comes; quem simul Abbatiam Hornbacensem tenuisse, diplomate supraedito demonstravimus (i), ac praedia Salica possedisse docent Traditt. Fuldenses (k). Fratrem is habuit STEPHANUM, nobilem Comitem [l], filium vero BURCARDUM [m], qui a. 1000. post Conradum seniore Hassiae Comitem Ducatum Thuringiae obtinuit. *Eckhartus* VValahonem & Burekhardum a Burekhardis quidem Comitibus sola nominis convenientia commotus derivat [n]. Quum vero is Abbatiam Hornbacensem possederit, probabilius mihi videtur, ipsum & Stephanum forte VVERINHERI IV. filios fuisse, adeoque illius Camerae nuncii fratres.

§. X.

A VVERINHERO, Camerae nuntio, qui nobis V. fuit, progredimur tandem ad VVERINHERUM, quem summus *Koelerus* in describendo genere Conradi Salici, & Henricorum, Augustorum ex Francica gente oriundorum, praecedente *continuatore Reginonis* [o], dedit primum. Neque in eo

P 2

am

-
- (i) Vide supra c. II. §. VI. not. n. p. 56 & 57. ubi dicitur. *In pago Spiraggowe in Comitatu sui senioris (VValahonis) in villis Grunbeim & Contemaristein.* Datae autem sunt hae litterae a. 1000.
- (k) Traditt. Fuld. p. 299. *VValah Comes tradidit S. Bonifacio proprietatem suam in Bibirbaba in Moyngowve.* cf. supra §. IV. p. 91. not. (g).
- (l) Testantibus binis chartis in *Schannati Traditt. Fuld. DXLII & DXLIII.* ad a. 1000.
- (m) Produunt id *miracula S. VValpurgis L. III. c. II.* cf. *Eckhardum de R. F. O.* p. 772.
- (n) In *Hist. Geneal. Principum Saxon.* sup. p. 45. seqq.
- (o) Ad a. 943. *Otto Dux (Lothariorum) obiit, cui Cunradus, filius VVe-*

amplius, credo, a vero abesse possumus, quum haec nostra via simplex & aperta, atque ad verba illa Henrici IV. tanquam ad cynosuram directa sit. Itaque habemus VVERINHERUM VI. Comitem in Wormaciensi pago & Navenfi, simulque in pago Spirensi [p]. Flodoardus [q] de eo haec narrat: *Nostris olim diebus quidam WARNERIUS pugi VVormacensis Comes res Sancti Remigii praemissas in Vosago sitas (r) invadens hominibus suis distribuerat. Veniens autem B. Remigius ad Herigarium Moguntiae praesulem in somnis ei visus est, praecipiens, ut*

VVerinberi in Ducatu successit. cf. Diff. Geneal. de fam. Aug. Franconica Tab. II. & probb. p. 10. seq.

(p) *Schannat.* hist. Worm. probb. n. x. ad a. 1000cxci. in charta praetaria Theotelachi Episcopi Wormatiensis Erinfrido Comiti (quem simul Comitem Blesensem fuisse, supra vidimus c. II. §. IV. p. 55.) concessa legitur: *In pagis VVormatiensi & Nachogowe in Comitatu VVerinbarii Comitis, in villa s. Marca Ingelesheim; ibidemque n. XVI. in litteris Ludovici Regis ad a. 1000ccvi. In pago Spirabgowe in Comitatu VVerenbarii in loco Titinesheim dicto.* Occurrit etiam inter testes traditionis Fuldenfis ab Hattone Archiepiscopo Moguntino a. 1000ccx. factae *VVerinberus Comes* in *Schannati* Tradit. n. DXLIX. p. 225.

(q) In historia Rhemensi L. II. c. 2. cf. etiam L. I. c. 20.

(r) Res S. Remigii in Vosago sitae sunt Abbatia S. Remigii prope Cusfellas in pago Navenfi, qua pertinet in pagum VVormaciensem, de quibus supra c. I. p. 21. not. s. Quae enim Navenfis pagi pars cis Navam sita est, illa ad pagum VVormaciensem relata & dioeceseos Moguntinae est; trans Navenfis vero sive Treviros spectans sub Trevirensis Archiepiscopi sacra potestate continetur. *Rerum Remensis ecclesiae coniacentium in Vosago* ipse Hincmarus Archiepiscopus Rhemensis in litteris ad VValam Metensem circa a. 1000clxxvi. datis mentionem quoque facit; vide *Meurisse* histoire des Eysques de Metz p. 275.

ut iret ad Conradum Regem, admonens eum, iuberet sibi subiectis, quatenus dimitterent terram suae dictionis ----. Ille --- res Rege reddente recepit ----. Easdem res Dominus Artaldus Episcopus dudum Conrado Duci commiserat, quas ille Regimbaldus cuidam suorum delegaverat --- Miraculo vero quodam comperto Dux Conradus ---- res ipsas reddidit.

§. XI.

Post VVERINHERUM filius CUNRADUS, Comes pagi Wormacienfis, Navenfis & Lobodunenfis (s) apparet Ducatum dein Lothariorum rexit ab an. 100000XLIV. usque ad an. 100000CLIII. quo depositus an. sequenti cum animo dimicandi in pagum nostrum Blesensem ad vicum Rimilingas accessit (t). Vita dein, patria & praedio (u) contentus vixit; quoad Franco-

rum

(s) cf. Schannati Traditt. Fuld. n. DLXX. ad a. 100000XXXII. legimus: *Abunbeim in pago VVormazgowe in Comitatu Cburradi.* In eiusdem hist. VVorm. n. XIX. ad a. 100000CLII. Otto I. donat VVormatiensi ecclesiae *Mansos regales VIII. circa Basilicam, quae Niunbiricha vocatur ----- in pago Nabgowe, in forasto nostro VVasago nominato, in Comitatu praedicti Cuonradi.* Donat idem Imperator Franconi cuidam *in forasto nostro, Lutava dicto, Basinbabe & Ricbinbabe ----- in pago Nabgeove nominato in Comitatu Cuonradi a. 100000XLV. in Hontbemii hist. Trev. dipl. T. I. p. 280. Bosenbach hodie & Reichenbach.* Tabulae donationis cuiusdam in *Schannati hist. VVorm. probb. n. XXI. haec habent: in publico mallo apud Lobeddenburg in praesentia Cunradi Comitis; item n. XVIII. in castello Lobodunburg, quod est in pago Lobodungowe, in Comitatu Cuonradi.*

(t) Vide supra c. I. p. 19. not. (i).

(u) Praedia scilicet habuit, ut unum adducam exemplum, in pago Spirensi, teste charta Ottonis Imp. in Cod. probb. hist. VVorm.

R.

rum ductor adversus Hungaros constitutus in praelio cecidit an. 1000. Excepit eum filius OTTO, Comes pagorum Wormacensis, Spirensis, Creichgovienfis & Navenfis (v), Dux Carrentorum & Comes Veronensium, qui regiam liberalitatem precibus suis monasterio Hornbacensi bis conciliavit. Dabat id scilicet voluntati, qua illud tanquam in patrimonio familiae suae existens complectebatur (w). Vicarius Comes in pago Blesensi tum fuit *Hartungus*, cuius tutelae etiam monasterium Hornbacense commendatum fuisse videtur (x). Ottoni vero Duci sive Comiti maiori Wormacienfi duo filii fuerunt, qui genus propagarunt; HENRICUS, Francorum Dux, & CONRADUS LCHUNO Dux Carentani. JIlo
CHU-

n. XXII. ad a. 1000. circa donacionem Kuonradi Ducis, quomodo in Elemosinam Liutgardae filiae nostrae res quasdam proprietatis suae sitas in pago Spirensi in villa & marca Didenesheim tradidit.

(v) Otto I. in charta quadam donationis inquit: *in pago Nabgome in forasto nostro, VVasago nominato, in Comitatu Ottonis, filii Cuonradi Ducis* --- cf. *Schannat. hist. VV. probb. n. XXIII. ad a. 956. Anno 1000. confirmat Otto III. Imp. donacionem ecclesiae Spirensi factam a Conone, Comite, super ecclesia ad Steinwilri & novalibus ad Mundiveld & Vrekkenfeld in pago Spirikkevvi & in Comitatu Vurmacensis Ottonis*; cf. *Ven. pater* in oratione de Anvilla p. 6. not. Ex alio eiusdem Imp. diplomate apud *Schannatum* l. c. n. xxix. ad an. 1000. apparet, pagos etiam *Defengovve & Creichgovve* sub Ottonis Comitatu fuisse contentos &c.

(w) Vide supra c. II. §. IX. p. 63. ibique notata. Ipsa documenta *Antiquitatibus Hornbacensibus* aliquando edendis reservamus.

(x) Vide supra c. I. p. 38. not. (h) & c. II. p. 62.

usus est pater CHUNO s. CONRADUS maior, Spirensis (y),
deinde Rex huius nominis II. dictus *Salicus*, hoc autem CHU-
NO iunior, Wormaciensis (z), Dux Francorum & Carinta-
norum. CONRADUS Salicus factus Imperator successorem
habuit Henricum III. gloriosissimum Imperatorem, patrem
HENRICI IV.

§. XII.

HENRICI IV. Imperatoris, cuius maiores adhuc ipso
praeunte cognovimus, tabulas, quibus vetera coenobii pri-
vilegia confirmavit aliaque impertitus est, tandem adiungimus
a iudicibus curiae Wormatiensis a. clōcccxliv. recognitas.

„Judices Curie Wormaciensis recognoscimus & ad universorum tam
„presencium, quam futurorum publice deducimus notitiam; nos literas
„Serenissimi Domini Imperatoris Henrici Quarti non abolitas, non ra-
„sas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte vitiatas, sanas & integras,
„iūo sigillo sigillatas, nec non solito suo signo signatas & munitas vidif-
„se, legisse & transcribi fecisse, tenoris & continentie in hec verba:

*In nomine sancte & individue Trinitatis. HEINRICUS divina fa-
vente clementia Rex. Sicut antecessorum nostrorum, Regum & Imperato-
rum, regni heredes successimus, ita quoque eorum in virtute imitatores, &
precipue in ecclesiis Dei fundandis emuli, in fundatis vero defendendis for-
tes, in regalibus institutis ad easdem ecclesias Dei fundandas rigidi existe-
re studemus. Inter quos Imperator Karolus imitande virtutis omnibus se-
culis notatus ecclesiarum Dei non solum strenuus defensor, verum etiam
precipuus viguit fundator, cuius sumtibus melioratam, legibus stabilitam,
structam vero a Pirminio venerabili Episcopo & in honore Dei, specialiter
autem sancti Petri, Apostolorum Principis, dedicatam suam in Vosago*
Ab-

(y) Quia (inquit Engelbusius in Chronico suo) Spiram valde dile-
xit, tanquam advocatus ecclesiae huius, de quo c. IV.

(z) Ab his advocatiam VVorm. transiisse ad Saraepontanos, dein ad
Conradum Pal. infra c. IV. probabile faciemus,

*Abbatiam Hornbach dictam non ignoramus: quam in alienas leges violencia potius, quam iusticia cessisse, eiusdem loci Abbatis VVynitberi querimoniis & reperimus, & miseri sumus. Volumus igitur tum propter Deum, tum ne institutum regale irritum fiat, de eiusdem Karoli Imperatoris decretali carta huic pagine nostre aliqua inseri, ut nostra confirmatio tanto tutior possit subsequi, cuius tenor talis est. (Sequuntur iam ea, quae supra c. II. §. V. p. 49. in lucem a nobis edita sunt) Hec verba Karuli Imperatoris in nostra excerpimus, quae & nos cum illo concedentes, hoc etiam addimus, ut nullus Archidiaconus vel Aduocatus in predictam Abbatiam Hornbach quidquam ibidem iudicio suo discutiendum, ventilandum, vel finiendum, nisi Abbatis vocacione, venire presumat, preter eum, qui in nostro sanguine senior nobis superstes extiterit, Aduocatum, quia nobis viventibus alium preter nos non concedimus. Et ut hec regalia decreta nequeant labefactari, nostra manu huic carte, ut infra videtur, imposita firmamus, quam etiam sigilli nostri impressione insignatam, omnis tam future, quam presentis generacionis notitie relinquimus. Data est Kalend. Ianuar. Anno Domini incarnationis millesimo LXXII. Indictione X. Anno autem ordinacionis Domini Heinrici Quarti XVIII, regni vero XVI. Actum est Lorsum feliciter. Amen. „In quo-
 „rum visionis, lecture & transumptionis eiusdem testimonium sigil-
 „lum episcopalis curie VVormatienlis presentibus est appensum. Ac-
 „tum Anno Domini millesimo cccxl. quarto, feria sexta post diem S.
 „Bartholomei Apostoli proxima,,.*

Quod si has HENRICI IV. litteras cum statuto illo Hornbacensi a VVERINHERO III. a. 13cccvii. condito conferimus, in consensu earum vim maximam esse arbitramur ad demonstrandas origines familiae Augustae Francicae. In aliis a. 13ccv. a. d. xv. Kalend. Mart. Spirae datis, quibus idem Imperator litem de Advocatia monasterii Hornbacensis decidit, clarissime iuris sui rationem indicat, dicens *abbatiam Hornbach a nostris parentibus antiquitus fundatam.* Ipsam chartam in *Antiquitatibus Hornbacensibus* olim edituri, hic iam sistimus gradum, quae post HENRICORUM Regum Francicorum ex hac vita discessum Monasterium nostrum pagusque Blesensis experta sunt fata, capite sequenti explicaturi.

Caput IIII.

De statu pagi Blefensis ab Henrici IIII Imperatoris temporibus, & speciatim de originibus Comitatus Bipontini in patrimonio familiae Salicae quaerendis.

§. I.

Formam temporum speciemque pagi Blefensis eiusque praecipui luminis, coenobii Hornbacensis, quae ante saeculi XI exitum tenebris vetustatis fere obscurata fuit, sic satis adumbrasse nobis videtur, ut illius, quae consecutae sunt, vicissitudines apte persequi queamus. Inprimis autem ad quadruplicem illam terrarum praediorumque naturam atque conditionem (a), ex quadruplici personarum statu intelligendam, ad quam prudentior quisque in pagorum facie depingenda & reipublicae mutationibus sub saeculi XI finem & persequens XII factis recte & ordine enarrandis respicere debet (b), cogitationem nostram referamus. Hoc utamur quasi fundamento historiae pagi nostri iam per partes describendae, postquam, soluta circa saeculum XI alibi citius, alibi serius, pagorum compage (c), etiam noster in partes divulsus est, comitatus nimirum atque dynastias a maioribus ad posteros

Q

mi-

(a) Quaedam de ea, quantum ad pagum Blefensem pertinet, iam supra cap. I. in fine p. 38. attulimus.

(b) Ita praeclare fecit Ven. *Hontbemi* in prodr. hist. Trev. dipl. & pragm. P. I. Origg. Trev. polit. sub Francis §. IV. seq. p. 268. seq.

(c) Idem l. c. §. IX. p. 276.

migrantes. Reges primum in pago Blesensi suum habuisse fiscum, luculenter demonstrant Lotharii, Regis Lotharingiae, Arnolphi Imp. & Ottonis I. litterae, quas partim excitavimus, partim publici iuris fecimus (d). Neque vero plura bona, quam quae ex chartis adhuc superstitis colligere licuit, ad regium spectasse dominium dubitare debemus. Quum enim integrum Kirckelense dominium, complura Comitum Sarwerdanorum & Homburgensium praedia in pago Blesensi iam inde a saeculo XII & XIII Regum & Imperii fuerint beneficia, omnino apparet, illa olim regio subfuisse fisco. Plura item novimus partim in monasterium Hornbacense aliasque ecclesias erogata, partim nobilibus tuenda primum & administranda, dein beneficiaria lege tradita, partim iisdem donata fuisse. Altera igitur bonorum classis fuit, in quorum possessionem venerunt ecclesiae & maiores & minores. Docet nos Ven. *Calmetus* (e) monumentorum fide fretus, Ottonem M. Imp. Castrum ad Blesam (*Blieskastel*) a. 1000 Metensi ecclesiae contulisse. Idem dein Hermannum Episcopum, qui ab an. 1073 usque ad annum 1088 ecclesiae isti praefuit, Godefrido Comiti (*Lunaevillano*) optime de sua ecclesia merito concessisse. Antiquissimi Coenobii Tholegiensis, quod, nisi in pago Blesensi situm est, ipsi tamen finitimum fuit, praediaque amplissima in eodem pago habuit, advocatiam a saeculo XI iam ab Episcopis Viridunensibus habuerunt cum pluribus beneficiis coniunctam Comites Veldentini

(d) Cap. I. p. 18 & 19. cap. II. p. 53. 55. & 63.

(e) Hist. de Lorraine Tom. II. Remarques sur le Comté de Castres p. XXIV. cf. *Origg.* cap. II. p. 60. not. (t). *Infra* §. III. pluribus de eo agemus.

ini (f). Novi monasterii prope Orvillam ad Blesam Advocati fuerunt Comites Saraepontani (g). De Hornbacensi Abbatia mox speciatim dicemus. Accesserunt ad haec saec. xii coenobium Wernerivillanum & saec. xiii monasterium Graevinthal, ac, nescio quo tempore, monasterium virginum S. Mariae Magdalenae poenitentis in pomoerio ad Geminipontem, de quorum singulis suo loco & tempore nobis dicendum est. Tertiam tum classem constituunt praedia nobilium s. Dynastarum, in quibus eminere maxime Salii, quorum familiam proximo capite nova methodo illustrare conati sumus. Fuerunt tamen praeter hos alii, qui allodia in pago nostro habuerunt, ut Folcuinus ille, qui a. 1000CLXXXVIII occurrit (h), Conradus, Lotharingus Comes aliique Dynastarum Francorum allodia una cum advocatia Hornbacensis coenobii ad Comites Geminipontis ex Saraepontanis oriundos transfere, & saec. xii iam exeunte sub Comitatus Bipontini appellatione comprehensa fuerunt, quod infra §. VI & cap. V demonstrabimus. In quarta tandem eaque infima classe reperias liberorum hominum militumve, ex quibus familiae equestres ortae sunt, praedia (i). Occurrunt scilicet, animadvertente Ven. *Honthemio* (k), a. 1000CCV *satellites* i. e. milites s. vasalli *Gerhardi* & *Matfridi Comitum* (l). Festivam eius condi-

Q 2

di-

(f) Vid. cap. II. §. III. p. 45, 46, ibique notata.

(g) L. c. §. IX. p. 64. not. (l).

(h) L. c. §. VI. p. 55. not. (l).

(i) Cap. I. p. 38. & not. ibid.

(k) Prodr. Hist. Trev. P. I. l. c. pag. 268 & 269. ubi locum *Reginonis* laudat.

(l) Cap. II. §. VII. p. 58. & not. (r) locus *Reginonis* illustratur.

ditionis hominum copiam supeditabunt nobis saeculi XII & sequentis chartae Comitum atque Dynastarum, quorum illi fuisse vasalli & ministeriales.

Omnem igitur statum pagi Blesensis, qui fuerit saec. XII ut curatius cognoscamus, necesse erit primum, ut quaedam de coenobio Hornbacensi eiusque advocatia dicamus; dein Comitum Sarwerdanorum, qui quicquid iuris regii olim fuerat, occuparunt, & hoc saeculo haereditario iure iam possederunt, Dominorum Kirckelensium & Comitum Hohenburgensium, quorum genus ad illos referendum est, familias illustremus, simulque coenobii Wernerivillani fundationem enarremus; tum Comites de Castris qui Castrum ad Bletam ab ecclesia Metensi concessum una cum allodiis habuerunt, in nova luce ponamus; post in stirpem Comitum Saraepontanorum & Geminipontis, qui ex istis orti sunt, inquiramus; quo facto iura terrasque Dynastarum Francorum per Saraepontanum genus ad Bipontinum propagata fuisse, demonstrabimus; atque sic, quae natura Comitatus Bipontini fuerit, declarabimus. En totam huius capituli imaginem!

§. II.

I. Quod in Hornbacense coenobium habuit dominium, seu advocatiam haereditariam Francica gens, per saec. XI integrum huic & illibatum mansit, testantibus Henrici III, Imp. litteris a. 1077 datis & a nobis proximo capite in lucem editis, quibus sese Advocatum, & quidem, quamdiu vixerit, praeter se haud alium fore, profitetur (m). At ineunte saeculo

quem *Hontbemi*us l. c. expresse adhibet,
(m) Vid. cap. III, §. XII. p. 115 & 116.

culo XII idem Imperator parum sibi constans hoc familiae suae praerogativum ius imminuere & ad aliam formulam redigere studuit. Statuit is scilicet, ut advocatiam monasterii, quam adhuc Reges ex familia dynastarum Saliorum tanquam seniores illius habuerant, abs Rege deinceps haberet Episcopus Spirensis, ab hoc autem is, qui Advocati personam postea gesturus esset. Sed supra iam monuimus (n), quam parum valida fuerit haec donatio, quum is, qui donum fecit, anathematis sententia damnatus fuerit, neque Imperator caeterorum ex sua familia haeredum, ad quos advocatia ex reservatione fundatorum venire debebat (o), iura imminuere potuerit. Quare nec advocatiam hanc Spirenses Episcopi sequentes sibi

Q 3

ar-

(n) Cap. II. § XI. p. 73. not. (k).

(o) Ita enim Werinherus Comes in statuto Hornbacensi anni 1067 (vid. c. III. §. IV. p. 93.) loquitur: *Stabilivi eo scilicet pacto, eaque racione, ut nullus propinquorum meorum super eundem locum ius proprium aut dominatum haberet, nisi qui michi etate propinquior aut sexu vicinior esset*----. Similis reservatio est illa, quae in diplomate Ottonis I. de institutione sanctimonialium Quedlinburgi, apud *Ketnerum Hist. Quedl. cap. 26, pag. 189.* continetur. Talis quoque invenitur in fundatione monasterii S. Lamperti in Graevenhausen, villa in Vosago Spirensi sita, quam Otto Wormatiensis, Dux Francorum, cum uxore Juditha & filiis Heinrico, Brunone & Cunone in publico mallo, qui dicitur Lutransforst, instituit an. 1067. apud *Guillimanum de stemmate Conradi Salici in Senckenbergii Sel. Jur. & hist. T. III. p. 232. & Phil. Simonis Hist. Beschreibung aller Bishöfen zu Speyer p. 30 & 31.* Is enim seniorem in sanguine suo Advocatum & defensorem istius loci omnisque familiae esse voluit.

arrogarunt, sed eam potius Comitibus Geminipontis tanquam legitimis suis advocatis intactam reliquerunt. Quum saeculum XII iam satis sterile sit, neque sciamus, quando antiquitatum Hornbacensium, quibus diploma Imperatoris reservare voluimus, edendarum copia futura nobis sit, eam cum maxime luce publica donare lubet: *In nomine sancte & individue Trinitatis.* Henricus *Dei gratia* tertius Romanorum Imperator Augustus. *Quoniam gloriam & honorem nostrum & in presenti corroborari & in futuro nos feliciter clarificari credimus, si Deo, ipsiusque sanctis devotum servitium impendimus, ecclesias Dei ubique ditare, exaltare, & glorificare ad laudem divinam pro virili laboramus: precipue autem ecclesiam Spirensis a nostris parentibus, Conrado Imperatore Augusto, avo videlicet nostro & Henrico Imperatore Augusto, patre videlicet nostro & a nobis gloriose constructam, veneramur, & quam plurimis prediis & mancipiis diversisque ornamentis ad honorem Dei, sancteque genitricis Marie celebramus. Huic enim ecclesie Abbatiam Hornbach a nostris parentibus antiquitus fundatam, & privilegiis Pypini, Karoli, Lothuvici, Lotharii, Odonis aliorumque auctoritatibus confirmatam contulimus, attendentes videlicet devotum servitium & petitionem fidelis nostri Johannis Spirensis Episcopi (p). In cuius tempore satis magnus motus inter*

(p) De Johanne hoc Johannes de *Mutterstatt* in Chron. Spir. apud *Senkenbergium* in Sel. iur. & hist. T. VI. p. 167 haec habet: *Johannes XXXI. Spirensis ecclesiae Episcopus resedit in ea annis XVI. Iste Johannes fuit filius Comitis Wolframi, qui multos Comitatus & possessiones habebat in Creychau & genuit eum de Aferla (lege Atzela) sorore praefati Henrici quarti & frater eius Comes*

ter eundem Johannem Spirensen Antistitem, & inter eiusdem
cle-

mes dictus Zeyolfus habuit filiam nomine Adelbeidis, quae nupsit Henrico Palatino de Tubingen, sed tamen prole caruit, & de genere illorum venit Koesenberg, Meistersel & Ditesheim ecclesiae Spirensi. Praefuit vero Johannes huic ecclesiae ab a. clxxx. usque ad a. clciv, quo obiit V. Kalend. Nov. Prima ecclesiae Hornbacensis donatio cum teste ipso Imperatore facta sit Johanni Episcopo, apparet etiam inde, falsam esse illam donationis a. clxxxvii Rutgero dicto Huozmann factae tabulam, de qua supra c. II §. XI p. 72. sq. egimus. Caeterum gens Comitum Craichgoviorum cognata certe, nisi agnata fuit Regibus ex familia Francica. Consentiant enim omnes Chronographi Spirenses in eo, quod Wolframus Comes, pater Zeifolphi & Johannis, uxorem habuerit Arzelam (contr. ex Adelheit) sororem Henrici IV. Cognationem vero cum Salica gente probat maxime, quod Johannes Comes, Episcopus Spirensis, patronatum monasterii sancti Lamperti habuit, atque hoc ipsum cum allodio suo Steinwilre multisque aliis praediis, vassallis, militibus & rusticorum familiis ecclesiae Spirensi contulit. Iam vero in dipl. fundatoris huius monasterii Ottonis Francorum & Carentanorum Ducis, qui etiam Comitatum Craichgoviae habuit, a. lccccclxxvii dato clare praecipitur: & qui provector aetate in mea cognatione fuerit, is advocatus habeatur. Nihil igitur certius esse potest, quam Comites Craichgovios iure haereditario advocatiam monasterii & dominium allodiorum, quae eidem olim adiecta fuerunt, accepisse, atque adeo ipsorum originem ad genus Francicum referendum esse. Utinam Abbatiae Sünshemiensis a maioribus Comitum Craichgoviae fundatae, & ab his auctae atque ad ecclesiam Spirensen a Wormatiensi translatae, itemque monasterii S. Lamperti chartae, si quae supersunt, ex tabulario Spirensi ad Comitum istorum familiam resque gestas magis illustrandas in lucem prodirent! Sed haec pia sunt desideria.

ecclesie Advocatum exortus est; Episcopo quidem familiam & ecclesiam defendere laborante, Advocato autem devastare & diripere summe contendente, donec tandem a nostra clementia eadem advocatia Spirensi ecclesie donata est, priori iustitia privilegiisque predictorum Regum & Imperatorum confirmata, plenarie & integre servata, ut videlicet Advocatus Advocatiam a Spirensi Episcopo, Episcopus vero a Regali & Imperiali dignitate suscipiat, suoque beneficio Advocatus, quod ad Advocatiam pertinet, contentus sit, & neque ad Hornbach, neque ad alia quelibet eiusdem Advocatiae loca, pro qualibet ibi re discutienda, ventilanda vel diffinienda, nisi ab Abbate, vel ab aliquo qui ad eandem advocatiam pertinet, vocatus veniat, ipso Abbate, ipsiusque villico de omnibus, que ad querelam veniunt, libere placitante & diffiniente. Hoc quoque a prioribus Regibus & Imperatoribus corroboratum nos quoque Imperiali dignitate addimus, & precipiendo confirmamus, ut nullus Comes, nullus Regie vel iudicarie potestatis exactor aliquam exactionem vel placitationem, cum eiusdem monasterii hominibus habeat. Et ut hec nostra traditio stabilis & inconvulsa in omne futurum evum permaneat, presentem chartam manu propria corroboravimus. Acta XV. Kalend. Mart. anno ab incarnatione Domini, millesimo Co V^o, indictione XII, regnante Heinricho tertio Romanorum Imperatore Augusto anno L, imperante anno XX. Data Spire in Christi nomine ad salutiferam memoriam Heinrichi tertii Romanorum Imperatoris feliciter amen. Quid de advocatia monasterii sequentibus temporibus actum sit, suo loco dicetur.

2. Videntur caeterum opes monasterii divitiaeque saeculo hoc XII fatis amplae laetaeque fuisse, cum ab Abbatibus Hornbacen-

cenſibus ineunte ſaeculo praepoſitura Cellenſis ad Pfrimiam rivum inſtituta, & large dotata fuit; quod ex confirmatione Adelberti I. Moguntini Archiepiſcopi & legati ſedis Apoſtolicae donationis villae Rorbach eccleſiae Cellenſi factae per Ludolfum Abbatem Hornbacenſem colligimus. Tabulam ipſam contractam tantum dare licet: *In nomine ſanctae & individuae Trinitatis. Adelbertus Moguntinus Archiepiſcopus & Apoſtolice Sedis Legatus videns ---. Eſt igitur in noſtra dioceſi in pago Nachowe (q) praepoſitura, que vocatur Cella, que fidelium hominum conſiliis elemoſinis creſcebat & beato Philippo ibidem procurante & apud Dei omnipotentiam obtinente magis magisque de die in diem proficiebat. Primus a principio praefate eccleſiae beate memoriae Albertus Hornbachenſis coenobii Abbas fundator extitit hecque fratribus ibidem Deo famulantibus libera traditione ad omnem uſum ſine conditione donavit, eccleſiam Hareweſcheim (r) cum decimatione & molendino nec tamen inceptum hac donatione deducere potuit ad perfectum. Ernſtus etiam ſuccedens ei contulit eiſdem fratribus eccleſiam Buſenesheim (s) cum decimatione & teloneo in Cella. Videns & ſucceſſor eorum Ludolfus illius loci fra-*

R tres

(q) Accedit igitur Cella ad Pfrimiam fluviolum, praepoſitura inſignis, ad loca in pago Navenſi ſita, qui quam late in agrum Wormatiensẽm patuerit, ex hoc ipſo diplomate cognoscitur. Anno 1061 Cella unita eſt academiae Heidelbergenſi annuente Julio III. Papa.

(r) Harweſcheim, hodie Harsheim ad Pfrimiam.

(s) Buſenſheim, hodie Biſſeſheim, parochia ad ſedem ruralem Neoleiningenſem ſpectans. Ven. *Schannatus* in hiſt. Ep. Worm. p. 12. notat, eccleſiae in honorem S. Andreae Ap. conſtructae ibidem ius patronatus ſpectaſſe ad conventum Zellenſem.

tres graviter ferentes ---- tradidit etiam eis ad supplementum quod deerat Villam Rorbach(t) cum ecclesia & omnibus eius appendiciis. ---- Testes sunt Henricus maioris ecclesie & sancti Victoris prepositus. Adelbertus prepositus S. Petri. Henricus Custos. Hartmannus Decanus & prepositus. Gosbertus Cantor & prepositus. Godecalcus prepositus de Campo. Henricus prepositus de Pingwia. Adelhardus prepositus sancti Severi. Liberi: Comes Civitatis Arnoldus (u). Comes Emecho de Lintgun. Comes Emmecho de Kyreberc & frater eius Gerlacus. Comes Arnolffus & frater eius Rupertus de Lyrenburg Ministeriales: Meinwoiß Camerarius. Embricho Vicedominus. Dudo Schultetus. Acta sunt anno dominice incarnationis millesimo centesimo XXXV^o indiction. XIII regnante Lothario piissimo Augusto huius nominis tertio anno regni sui decimo, Imperii vero tertio. Actum in Moguncia. Felciter Amen.

§. III.

r. Sed ad ea redeamus, quae ad statum pagi Blefensis saec. XII. cognoscendum spectant. Fiscum Regium, quem in pago Blefensi administraverant Regis nomine Comites, saeculo XII. ineunte iam cum allodiis coniunctum tenebant Comi-

(t) Hunc locum certo definire nequeo.

(u) Comes Loffensis, haud vero Lurenburgicus s. Nassovius, quod coniecerunt Tolnerus in additt. ad hitt. Pal. p. 30. ac post eum Joannis in Scriptt. Mog. T. 1 p. 548. Separatim enim in hoc nostro diplomate, uti in aliis occurrunt fratres Arnolffus s. Arnoldus & Rupertus de Lurenburg, cf. Gebhardi von dem Ursprung des Hauses Nassau 1742. §. 10.

mites, qui a Sarwerda, Sargoviae superioris villa & castrō, appellationem traxerunt. Comites scilicet Sarwerdani non solum ad superiorem ripam Sarae fluvii, sed ad Blefam quoque ampla habuere dominia, ex allodiis feudisque mixta. Primam horum Comitum notitiam nobis aperunt litterae confirmatae foundationis coenobii Wernerivilani, quod in monte Wernersweiler dicto (v) leuca & dimidia a Biponto surrexit, nunc primum luce donatae: *In nomine sancte & individue Trinitatis, Patris, Filii & Spiritus S. Ego Ludovicus senior Comes de Sarwerden tam presentibus quam futuris in Christo renatis in perpetuum. Rationi consentaneum videtur, ut opera iustitiae, quae parentes pia intentione & devotionis causa fecisse constat, ob paternam reverentiam, filiorum quoque patrocinio firmam atque ratam obtineant perseverantiam. In hoc namque debitum parentibus honorem exhibere cognoscimur, si religionis eorum facta in meliorem statum & tutiorem per nos devocentur. Hinc est, quod progenitorum meorum studiosus amator existens, venerandis eorum actibus plenum assensum prebeo, & iuxta facultatem meam quaecunque religiose instituerunt, magnificare conabor & promovere. Nempe Avus meus Dominus Fridericus Comes de Sarwerden & uxor eius Gertrudis in propria possessione & propriis sumptibus construxerunt ecclesiam in monte, qui dicitur Werneswilre, & consensu Domini Stephani Metensis Episcopi, in cuius diocesi sita dinoscitur, per manum Domini Matthaei Albanensis Episcopi & Car-*

R 2

di-

(v) Videtur hic mons nomen traxisse a Wernhero quodam, quem facile ex familia Francica a Fundatore monasterii Hornbacensis deducenda fuisse credas.

dinalis (w) anno verbi incarnati MCXXXI in honorem beate Marie virginis eam dedicaverunt, & allodio de Werneswilre, & allodio de Vrrrebach (x), & allodio de Blysebrucken, atque allodio de Richerskirchen, cum omni familia, & aquis aquarumque decursibus, atque ceteris appendiciis eam dotaverunt. Totum nihilominus decimarum emolumentum, quod a cava platea Volkardeskirchen usque Milenbach eorum iuris erat, Domino Volmaro patre meo (y) & Stephania mea matre, ceterisque heredibus faventibus & assentientibus in eadem ecclesia Deo famulantium usibus perpetuo profuturum concesserunt. Igitur processu temporis in loco illo divini famulatus tepescente studio, ego & frater meus Ludovicus, consultius agentes, honoremque Dei & Sanctorum eius ibidem restaurare cupientes, Dominum Rogerum venerabilem de Villerio (z) Abbatem convocavimus, & prefatam ecclesiam cum omnibus supra scriptis appertinentiis per manus eius, pro redemptione nostra & parentum nostrorum ad Cisterciensem ordinem transtulimus (a); & omnium horum dominium & Advocatiam in eiusdem Abbatis manus resignavimus. Vt autem predictus Abbas & successores eius

-
- (w) Qui tum legatum Pontificis in Germania agebat.
 (x) Vicus Averbach haud procul ab urbe nostra, diversus a villa olim regia Vrbach, ad Sualbam rivulum, quam supra c. I p. 19. & c. I. p. 63. cum illo confundimus.
 (y) Hic Volmarus est idem, ad quem, Comiti Volmaro (de caltris) & Comiti Simoni (credo Saraepontano) bellum illaturum, Matthaëus Dux Lotharingiae litteras dedit circa ann. c. c. quibus fines suos determinat, ac ne hos transgrediatur, monet; vide eas in *Calmeti* hist. Loth. T. V probb. p. cccxl.
 (z) Weiler Betnach monasterium in Lotharingia.
 (a) Qui coenobium adhuc incoluerant, Hornbacenses coloni fuere.

eius de Villerio Abbates in prefata ecclesia maiorem de instituer-
dis divinis gererent sollicitudinem, ego & frater meus sexdecim
libras Fratribus nostris in ea mansuris in elemosinam dedimus, &
donec eas tempore opportuno solvere possimus, villulam nostram,
que dicitur Gelbach, usibus eorum profuturam pari consensu tradi-
dimus. Postea autem frater meus paupertati eorum consulere
volens, quidquid in eadem villula sui iuris erat, libere & absolute
& sine alicuius interdictione in perpetuam possessionem concessit.
Preterea indulgimus eis in omni nemore nostro usufructum tam ad edi-
ficandum quam ad comburendum, & in terris nostris atque silvis
pascuaticum ad cuiuslibet generis animalia nutricanda. Et nibilo-
minus annuimus, ut si quis de ministerialibus nostris (b) siue man-
cipiis ad eos converti voluerit, eum sine metu nostri vel interdictione
cum omni mobili suo recipere possent. Acta sunt hec apud Lu-
thram, Castellum Domini Imperatoris, anno Domini in-
carnationis MCLXXII his coram testibus, Domino Rogero
Abbate de Villerio & suis monachis Warnero & Hicemanno.
Affuit etiam Emico Comes de Liningen & filius eius Eve-
rardus (c). Gerlacus Comes de Nuenburc (d). Emico

R 3

Co-

(b) Intelligenti sunt, credo, h. l. per hanc vocem minores officiales, uti censuum exactores, quibus quippe, imo etiam infimae conditionis hominibus tribuitur; cf. *Estor de Minist.* p. 58, 80. seqq

(c) Est hic Emicho in tab. geneal. deductioni Liningensium Westerburgicorum inscriptae schlesische Einreden adiuncta, III huius nominis, cui inter alios etiam filius adscribitur Eberhardus; isque a. clocclxxxix minorennis, quod dubium esse potest.

(d) An hic Gerlacus inter Comites Sponhemicos, quorum primus in dipl. Henrici IV Imp. de a. clocxlv fertur Comes de Newenburg,

Comes Hirsutus & filius eius Conradus (e). Gerardus Comes Silvaticus (f). Folmarus Comes de Castello & filii eius Folmarus &

burg, referri debeat, quaeri potest; cf. Viri clarissimi mihique amicissimi Chr. Jac. Kremerei diplomatische Beiträge zum Behuf der deutschen Geschichtskunde; 1. Stück, Versuch einer genealogischen Geschichte derer Graven von Sponheim §. VII p. 15. ibique notata. Dubito autem maxime, castrum Nuemburg s. Naumburg cis & ad Navam haud procul a Kirburgo, quod Comitibus Silvestribus nomen dedit, saec. XI & XII Comitibus Sponhemiacis subsuisse, nedum sedem praebuisse. Neque Eberhardum illum Comitem de Newenburg, cuius beneficium in villa Creutzenach facta sine dubio resignatione una cum reliquo dono Imperatoris ad Spirensis ecclesiam venit, eundem fuisse cum Eberhardo Sponhemicae gentis auctore, ex hac ipsa charta probari potest. Recordanti igitur mihi, occurrere pariter in dipl. Henrici Archiep. mog. a. clcxlvi *Emmechonem* (nomen Sponhemiacis prorsus infuetum, Wildgraviis vero & Rugraviis familiare) *Comitem de Nuenburc*, vid. ill. de *Gudenus* Cod. dipl. T. I p. 177, huncvero Emichonem fratrem habuisse *Gerlacum*, & passim in dipl. Comitem de Kirberg appellari, videbatur Gerlacus Comes de Nuenburc inter Comites Kirbergenses, quibus Silvestres & Hirsuti Comites suos debent natales, referendus esse. Sed de his plura alibi dicendi locus erit.

- (e) Emico Comes Hirsutus, alias etiam de Bomeneburg dictus, factor existit Rugravorum, duosque habuit filios Comadum & Emiconem, quorum ille h. l. occurrit; cf. ill. de *Senckenberg* tabula Geneal. Rugravorum in *Meditt. iur. publ. & hist.* fascic. I p. 40.
- (f) Gerardus Comes Silvaticus s. Silvestris filius fuit Conradi, factoris Comitum Silvestrium s. Wildgravorum.

¶ Hugo (g) Theodoricus Comes de Homberg (h). Warnerus de
 Bolandia ¶ filius eius Philippus. Fridericus de Husen (i). Hen-
 ricus ¶ Humfridus fratres de Alsencebrunne. Merbodo ¶ Em-
 brico de Soulenheim. Reinerus ¶ Waltherus fratres de Merburc.
 Theodoricus de Wiere. Bertholdus de Erneswilre ¶ alii multi no-
 biles. Deinde paucis annis evolutis cum sepe dictus frater meus in ex-
 peditione Domini Imperatoris apud Lombardiam occubisset (k),
 ¶ per Dominum Baldovinum Abbatem ad Werneswillare eccle-
 siam nostram ossa eius relata ¶ ibidem honorifice tumulata fuis-
 sent, universa a progenitoribus meis ¶ fratre meo nec non a me
 ipso sepissime dictis fratribus usque ad illum diem concessa, ipsis
 eisdem ¶ posteris eorum deinceps in perpetuum tenenda confir-
 mavimus, super his omnibus cartulam sigillo nostro ¶ Abba-
 tum, Villariensis scilicet ¶ Hornebacensis sigillis, atque testium
 multitudine communitum eis relinquentes. Testes Rogerus Ab-
 bas Vilariensis. Baldoimis Abbas Werneswillanus. Conradus
 Abbas Ormbacensis ¶ prior suus. Richwinus prior de Vterstal.
 Hugo prior de Ensningen. Prior de Salona. Lambertus mo-
 nachus de Tholeia. Albertus prepositus de S. Paulino Trevir.
 Rit-

-
- (g) Pluribus deinde §. IV de his Comitibus agemus.
 (h) Theodoricus Comes Homburgi, quod duabus leucis a nostro
 oppido abest. Vid. de eo *Orat.* de Homburgo Weltrafiano, ca-
 stro & oppido, c. V p. 13.
 (i) Hactenus Comites & Dynastae. Sequuntur iam milites s. mi-
 nisteriales.
 (k) Vitam igitur amisit in expeditione quinta Friderici I Imp. quae
 sola fuit suscepta intra illud temporis spatium, quod annum prio-
 ris confirmationis c10c1xxii & posterioris c10c1xxx intercedit.
 Incidit ita annus mortis Ludovici iun. sive II in a. LXXIII-LXXVI.

Rupertus Archipresbiter Ormbacensis. Hardungus Archipresbiter novi monasterii. Elias presbiter de Orembach. Becelinus Canonicus de S. Arnuale. Wecelo presbiter de Leudeskirchen. Sifridus presbiter de Watwilre. Hermannus presbiter de Ormersheim. Vdalricus presbiter de Selebach. Wecelo presbiter de Brucken. Gerhardus presbiter de Castello. Wipertus presbiter de Buckenheim. Alardus presbiter de Bergen. Lambertus & Cono presbiteri de S. Wendalino. Gerlacus Comes de Nuenburc. Fridericus & Henricus filii Simundi Comitis (1). Hugo de Hagene, Theodoricus filius eius. Brunico. Waltherus de Brucken(m). Henricus de Maingen. Waltherus de Sarwerden. Henricus Advocatus de Sarwerden. Bertoldus de Biponte. Sigehardus de Alben. Godefridus de VVolmering. Simon de Sarbruck. Godefridus de Roldingen. Joannes filius Boamundi. Hermannus de Merburc. Reinerus & VValtherus fratres de Merburc. Hermannus de S. Engilberto. Petrus de monte Bilgardi Bertboldus de Ernswilre Meffridus de VVattwilre. Sane notandum, quod nostro assensu Abbates, Archipresbiteri, Presbiteri, & omnis clerus ardentibus ceris & stolis collo

(1) Quis fuerit hic Simon Comes, coniectura fere assequi nequeo. Ita obscuratae sunt familiarum origines, ut nonnisi difficillime nexus personarum detegere liceat. Occurrit quidem eo tempore Simon Comes de Sarbrucken, qui filium habuit Simonem & Henricum, quorum hic Comitatum Geminipontis obtinuit. Nihil vero adhuc aliunde nobis de Friderico compertum est. Quare nondum ausim eos inter Comites Saraepontanos referre. Forte in Comitibus de Luzelstein aut Liningensibus numerandi sunt. Sed nihil definio.

(m) Sequuntur iam nobiles inferioris ordinis seu ministeriales.

Io impositis omnes excommunicaverunt, qui predictae ecclesie super hac concessione nostra aliquam vim inferre presumerent, nisi condigna satisfactione componerent cum ea. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo octogesimo, regnante Friderico glorioso Imperatore, sub Domino Bertranno Metensium dignissimo Pontifice, Alexandro Papa III presidente. Ludovicum seniore, Comitem de Sarwerda, huius nominis I, qui nobis ipse hac charta avum Fridericum I & aviam Gertrudim, patrem Volmarum matremque Stephaniam, ac fratrem Ludovicum II prodidit, uxorem habuisse Gertrudim, collegi ex litteris haeredum eius, qui quod ipse habuerat individuum praedium S. Laurentii in Comitatu Sarwerdano, singuli singulas eius partes, ecclesiae Wernerivillanae a clōccclxii contulerunt. Obvius vero primum est post illum in chartis praecipue Wernerivillanis a clōccxxiii Ludovicus Comes de Sarwerde, Agnes uxor (n) eiusque liberi. Neque igitur hunc Ludovicum III Ludovico I seniori, cum Ludovicus II absque haeredibus obierit, filium adscribere dubito. Prodeat vero hic, quem III dicimus, ipse, & quos habuerit fratres filiosque, nos doceat: Ego Ludovicus Comes de Sarwerden omnibus hoc scriptum intuentibus credere quod testatur. Universitati vestrae significamus, quod cum villam de VValesheim (o) cum omnibus attinentiis

S

tiis

- (n) Hanc Comitissam Geminipontis fuisse tradit scriptor ille personatus Baleicourt in libro: *Traité hist. & crit. sur l'origine & la Genealogie de la Maison de Lorraine*, Berlin 1711. preuves p. XLVII in nota ad litteras Matthaei ducis, quas ad Volmarum Comitem Sarwerdanum dedit, vide supra p. 128. not. (y).
- (o) Villa haec olim fuit regia, docente charta Arnolffi imp. qui a. 15-

tiis suis, videlicet ecclesiam cum iure patronatus & decimam ad eandem ecclesiam pertinentem, dilectus filius noster p. m. Ludovicus, caeterique ipsius cohaeredes in die sepulturae dilecti fratris nostri Henrici domini de Kirckle (p) pro remedio animae suae nostrorumque omnium antecessorum salute fratribus de Werneswilre in Elemosynam contulissent, modico tempore post elapso iam dictus filius noster viam universae carnis ingressus, ibique sepultus est. Vnde predicti fratres ad nos venerunt, & a nobis humiliter supplicarunt, quatenus Elemosynam Ego & consors nostra Agnes, filiusque noster Henricus, cum caeteris heredibus omnibus ratam habentes approbaremus & affestucaremus (q), quod & fecimus.--- (r)

Et

1000LXXXVII. Folcuino, viro nobili sex hobas in sex villis, inter quas fuit Walshemium, donavit, vid. supra c. I p. 19. not. (k) & c. II §. VI p. 55. not. (l).

(p) Decefferat Henricus Dominus de Kirckle a. clcccxlII nullis relictis ex sua uxore Irmengarde haeredibus, quod chartae & fratris Ludovici Comitis de Sarwerden, & haeredum eius dominorum de Siersberg, & Philippi de Falckenstein de a. clcccxlII produnt. Sed de his postea brevibus agemus.

(q) In vulgus notum est, hanc vocem significare traditionem alteri factam. Qui enim iuri suo renunciabat, reique dominium in alterum transferebat, festucam s. stipulam novo possessori tradebat in signum dominii translati vel eam humi proiiciebat, tanquam se re in alterum transferenda exueret.

(r) Ludovicus Comes Sarw. narrat h. l. filium suum Lodovicum captivum tenuisse in Nicastel, castro Imperii, Aemilium quendam, qui cognominatus est Verckele; fratresque de Werneswilre hunc a captivitate pro quatuor libris Metensibus redemisse. Cum integrae chartae mihi non sit copia, hiatum illum, uti in aliis, mihi vitio daturum puto neminem.

Et ut haec nostra donatio rata & firma permaneat, sigilli nostri appensione & testium subnotatione firmiter roboravimus. Testes Rotardus sacerdos, Johannes & Fridericus de Bruke, Walterus de Morisberg, Simon de Sarwerden, Fridericus Pannescherre miles. Acta sunt haec anno Dni MCC^o quadragesimo tertio Kal. Aprilis. De Henrici Kirckelensibus haeredibus adeoque caeteris Comitum Sarwerdanorum agnatis & cognatis deinde quaedam dicturi sumus; nunc vero Comitum nostrorum genus brevibus persequemur. Ludovicus igitur III Comes, pater Ludovici IIII ante ipsum defuncti & Henrici I, vixit post haec quindecim fere annos; si quidem paulo ante diem obiit supremum, quam Agnes Comitissa de Sarwerden uxor eius vidua, & Henricus filius Comes in Sarwerden pro testamento & remedio dilecti sui Ludovici Comitum b. m. de Sarwerden monasterio Wernerivillano donationes fecerunt; qua de re litterae anno gratiae MCCLIX sabbato proxime ante festum beati Galli confessoris datae sunt. Henricus igitur I Comes patri iam successit, ac nonnulla liberalitatis erga monasterium suum documenta reliquit. In his praecipua est donatio honorum apud S. Laurentium, quam is cum caeteris haeredibus ecclesiae Wernerivillanae fecit. Superest illius monumentum; ex quo, quicquid ad generis illustrationem pertinet, contractum exhibere lubet: Nos Henricus Comes de Sarwerde una cum Friderico fratre nostro, Canonico ecclesiae sancti Castoris in Confluentia & pastore ecclesiae in Surburg --- in allodio --- apud S. Laurentium (s) --- cumque eo iure, quo Dominus Ludovicus

S 2

quon-

(s) Originaria igitur huius praedii conditio fuit allodialis, quod Hen-

quondam Comes in Sarwerlie pie memorie maritus Gertrudis
 quondam Comitisse (t) ibidem possedit & tenuit, tam nostrorum
 parentum, quam nostrorum predecessorum & successorum anima-
 rum remedio & saluti---- Nos etiam Fridericus Comes Alti-
 montis de voluntate & consensu Lodovici filii nostri partem que
 nobis contingit in eodem allodio---- Item ego Theodoricus de
 Indagine per manum & consensum Mechtildis uxoris mee--- item
 ego Eberhardus dictus Marscalcus de Huneburg de voluntate &
 consensu Agnetis uxoris mee---- Datum anno Domini MCCLXII
 in annunciatione beate semperque virginis Marie. Detegit nobis
 haec charta cohaeredes Henrici I Comitum, Comitem scilicet
 Fridericum Altimontis, Theodoricum de Indagine & Eber-
 hardum Marschallum de Huneburg, dynastas, qui partes
 allodii, quod quondam Ludovicus I Comes Sarwerdae &
 Gertrudis uxor integrum possederant, haereditario iure inter
 se divisas monasterio Wernerivillano una tradiderunt. Unde
 sequitur, illos uxores duxisse ex genere Comitum de Sarwer-
 den, mihi que imprimis probabile est, Agnetem, dynastae de
 Huneburg coniugem, filiam fuisse Ludovici IV iun. (u), qui
 cir-

Henrico Vinstingensi Trev. Archiepiscopo obtulerunt Comites,
 ab eodemque in feudum receperunt; cf. Gesta Fr. c. CXII. Prae-
 diolum, quod in eodem acquisiverunt fratres Wernerivillani, voca-
 tum est postea das Berschweiler Kloster-Gut zu Lorens.

- (t) Ludovicus hic maritus Gertrudis haud alius esse potest, quam
 huius nominis I, a quo allodium apud S. Laurentium haeredita-
 rio iure pervenit ad haeredes & masculos & feminas ex iisque
 nepotes.
- (u) Ita habet etiam Geneal. quaedam Mfcta horum Comitum,
 manca licet erroneaque multis ex partibus.

circa an. c^lo^cc^xlⁱi diem obiit supremum ante patrem absque prole mascula. Atque haec *Agnes* nata Comitissa de Sarwerden ad an. c^lo^cc^lxxviii litem de haereditate intulit *Elisabethae* Comitissae, quae haud alia esse potest, quam *Henrici I* Comitis vidua. Ita autem dicto anno de Comitatu caeterisque bonis transegerunt, ut *Elisabetha cum suis liberis dominium Comitatus Sarwerden obtineret*, illa autem (*Agnes*), eius maritus & liberi contenti esse deberent villis *Hirschland* & *Steinbach*(v). *Elisabethae* vero huius adeoque *Henrici I* fuere filii *Joannes I* Comes de Sarwerden & *Nicolaus*, Canonicus *Virdunensis*. Demonstrant id binae litterae *Wernerivillanae*, quarum initium & finem adducere decet: Nos *Johannes Comes de Sarwerden*--- de voluntate matris nostrae & *Ferriace legitime nostrae*--- In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo domini *Nicolai fratris nostri Canonici maioris ecclesie Virdunensis* presentibus litteris est appensum--- Datum anno Domini *MCCC^o nono in octava Johannis Baptiste*. Alterae sic se habent: Nos *Elisabeth Comitissa senior mater domini Johannis Comitis pie memorie de Sarwerden* & *Ferriaca Comitissa iunior uxor ipsius domini Johannis quondam Comitis predicti*--- In quo-

S 3

ruur

(v) Proditur hoc in deductione *Nassovica* a. c^lo^cl^llⁱi edita: *Wiederholte Repraesentation und Erwehung u. u. deren zwischen dem Hochfürstl. Haus Loehringen an einem, und dann dem Hochgräflichen Hause Nassau Saarbrücken strittigen Lebensstücken*--- fundamenten facti & iuris zu Bestärkung des in an. 1641. publicirten *Summarischen Berichts* &c. p. 17. N. 20. ibidemque provocatur ad ipsum documentum transactionis sub litt. A A, quod utinam ex actis *Miscis* in lucem publicam prodiret!

rum omnium robur & testimonium sigilla nostra una cum sigillo domini Nicolai Canonici Viridunensis & custodis sancti Arnualis presentibus sunt appensa Datum anno Domini Millej. CCCmo decimo, sabbato post octavam circumcisionis. Hoc ipso igitur anno vita defunctus est Johannes Comes & quidem in expeditione Henrici VII in Italiam suscepta. Ita enim auctor gestorum Trevir. (w) refert c. CXL in fine: *Bernam cum gaudio intraverunt. Ibi in die sancti Michaelis sunt recepti, ubi & se requiesciturissime subdiderunt. c. CXLI: Episcoporum, Clericorum, tam saecularium quam religiosorum non modica caterva congregata, dominum Johannem de Sarwerden Comitem, ibidem anno Domini millesimo trecentesimo decimo, feria secunda post festum sancti Remigii obdormientem, eius celebrando obsequias lamentabiliter tumularunt.* Successit Johanni I Fridericus II Comes. Multa hic habuit lites cum Balduino Archiepiscopo Trevirensi, iis vero tandem a. clccccxxiii renunciavit, *salvis tamen feudis in villa Lymbach super stratam nec non in villa S. Laurentii, & Wachten una cum curiis iurisdictionibus altis & bassis ibidem ac earum pertinentiis universis Metensis dioecesis, quae se a dicto Trevirensi Archiepiscopo recepisse profiteretur per litteras ea de re confectas & a. clccccxxiii datas (x).* In iisdem uxorem suam appellat *Agnetem*, quam Salmentem fuisse ferunt. Obvius de-

(w) In *Hontbem.* prodr. hist. Trev. dipl P. II p. 824.

(x) Vide eas in *Hontbemii* hist. Tr. dipl. T. II p. 101. n DCXXXVII cf. supra p. 135 not. s. Wachten & Limbach fuerunt olim villae prope S. Laurentium, iam pridem desertae. Distinguendum igitur est a nostro ad Blefam.

deinde est in historiis & chartis (y) usque ad a. clocclxi, quo cum filio *Johanne* memoratur fuisse inter socios Ademari Episcopi Metensis (z). Fuerunt autem *Friderico* sorores *Johanna*, quae Cunoni I, Comiti Falckensteinensi nupsit, ipsique a. clocclxx peperit Cononem Archiepiscopum Trevirentem & *Gisela*, coniux domini cuiusdam de Duna (a). Legitur praeterea inter testes chartae, qua Ioffridus II Comes Liningensis omnia bona sua fratri Emichoni, si ipse nullos haeredes reliquerit, donata esse voluit, a. clocclxi *Dominus Johann de Sarwerde*, *Canonicus ecclesie Spirensis* (b) quem fratrem *Friderico* II adscribendum esse quivis videt. *Fridericum* Comitem excepit filius *Johannes* II, cui uxor fuit *Clara*, ex Dominorum s. Dynastarum Vinstingensium genere orta. Appellat enim *Fridericus* Archiepiscopus Coloniensis in charta, qua se omnia per Cunonem Archiepiscopum Trevirentem
in

- (y) *Calmet* hist. Loth. T. III p. 400, 439, 376. *Hontbem. H. Tr.* Tom. II p. 156 ad a. clocclxiv. An. clocclviii *Fridericus* Comes de Sarwerden cum filio *Johanne* particeps fuit foederis inter Dominos Westrasianos initi; vid. B. *Herzogs Elsassische Chronik* L II p. 73.
- (z) *Calmet* l. c. p. 442. *Ademar Evesque de Metz fit un Traité d'alliance en 1361. avec plusieurs Seigneurs --- Ferru Comte de Sarwerden, Jean son Fils --- Louis, Sire de Quirquel.*
- (a) *Gesta Trev.* c. CLXI, in *Hontbem. prodr. hist. Tr. P.* II p. 847. cf. *Genealogiam Dominorum Falckensteinensium* a saec. xi usque ad excessum gentis Dhunensis a. clocclxv editam, Tab. II & probb. ad n. 23, 38 & 39. In *Guden. C. D. T.* III dipl. Padenhus. n. xxxiii p. 789 seq. leguntur litterae *Johannae* de Falckenstein an. clocclxvii, in quibus mentionem facit fororis suae
Gi.

in ecclesia Coloniensi gesta rata habiturum eumque & ecclesiam Trevirensis de omnibus debitis intuitu ecclesiae Coloniensis contractis relevaturum promittit a clcccclxxi, Ulricum dynastam Vinstingensem avunculum suum, h. e. matris fratrem (c) Videtur autem *Johannes* diem supremum iam obiisse ante a. clcccclxxv, quippe quo anno *Clara*, ipsius uxor consuli ac senarui Argentoratensi per litteras de Anglorum copiis respondet [d]. Reliquerat vero *Johannes* ex hac sua coniuge, *Henricum II* Comitem Sarwerdanum, *Fridericum*, Archiepiscopum Coloniensem, *Walburgim*, nuptam anno clcccclxxvi. Friderico Comiti Morsensi, haeredem Comita-

ta-

Gisela de Duna, & filiarum suarum Schönetae & Margaretha. Sigillum appensum aquilam bicipitem, quae tessera est Comitum Sarwerdanorum, exhibet

(b) *Leiningen-Beslerburgische schließliche Einreden, Beilagen*, lit. (q) pag. 55.

(c) *Hontbemi* hist. Trev. dipl. T. II n. DCCXXXIV. p. 252-254. Wir Friederich von Gots Gnaden der heiligen Kirchen zu Colne Erzbischoffe --- und bieden mit diesem Briev die edelen Herrn Johann Greven zu Sarwerden unsern lieben Vater / und Herrn Ulrichen / Herrn zu Vinstingen / Lantzvoigt zu Elsasen / unsern lieben Oehm --- der gegeben ist zu Gudesberg / do man zalte na Christus geburte drüzehen hundert eyn und siebenzig Jair vff den zwenzigsten Junii.

(d) Vide eas in *Königsboven Chron. Alf. & Argent.* ex edit. *Schiltzeri*, die XVI Anmerkungen p. 901. Den Erbern wisen und den bescheiden dem Meister vnd dem Rade von Strasburg ens bide ich Clare von Vinstingen Grävin zu Sarwerde alles liep vnd gut und lan uch wissen / das euer Botte uf diesen sunrestag by mir zu Sarwerde warent vnd batene mich ---

tatus Sarwerdani, tandem *Hildegardin*, uxorem Johannis ultimi Domini de Limburg (e), *Henricus* Comes Sarwerdae occurrit in historiis chartarumque monumentis inde ab an. clcccclxxxviii usque ad a. clcccxcv, quo mortuus est (f) & finem genti Sarawerdanae veteri fecit. Uxorem habuit *Hertzlandam*, filiam haeredem Vlrici, dynastae Rappoltsteinii (g), quae ei partem dynastiae Rappoltsteinensis attulit; unde etiam dynastae in Rappoltstein & Hohenack titulum gessit. Sed cum, quos ex ea procreaverat liberos, praematura ante eum morte abrepti sint, ipse etiam ante coniugem suam

T

suam

-
- (e) Chron. Limpurgense in *Hontbermii* prodr. Hist. Tr. P. II pag. III cf. *J. J. Reinbards* Juristisch-u. Historische kleine Ausführungen. I Theil IV Ausführung §. x pag. 308.
- (f) A. scil. clcccclxxxvii matrimonium iniit cum haerede Rappoltsteinensi; cf. *Lucã Graven Saal*. I Theil pag. 417. ex Speneri histor. insignium lib. II c. LXXII. §. 5. *Königsboven* Chronic. Alf. edit. *Schilter*. pag. 342. ad a. clcccclxxxv, *Johannis* Script. Mog. T. I. pag. 706. ad a. clcccxcii.
- (g) Vlricus pater Hertzlandae & frater Bruno omne dominium Rappoltsteinense inter se dividerunt, per pactum a. clcccclxxxiii, ita ut utriusque haeredes tam feminae, quam masculi in haereditatis partibus sibi relictis succederent. Confirmatum illud est a Caesare an. clcccclxxxviii, atque dein intuitu Henrici Comitis de Sarwerden, qui filiam Vlrici unicam eamque haeredem duxerat, a Brunone renovatum; vide tabulas divisionis, confirmationis & renovationis in consultiissimi Viri fautorisque mihi plurimum colendi G. E. L. *Preuschenii* Commentatione inscripta: *Beiträge zur Erläuterung der successions Ordnung in Deutsche Reichs-länder* 2c. xxxix und xl Stück der *Carlsruher nützlichen Sammlungen* I Band pag. 314 --- 318.

suam (h) obierit, vetus gens Saraevverdana extincta est, Successerunt igitur in fratris defuncti dominium Sarvverdandum soror *Walpurgis* eiusque maritus *Fridericus* Comes Meursanus, cuius alter filius Johannes novae familiae Sarvverdanae auctor existit (i). Quod vero beneficium dictus Henricus a Rege & Imperio habuerat Limbaci, ad Blesam, illud cum iam ad Imperium devolutum esset, una cum parte eiusdem villae dimidia, quam Principes Palatini a Dominis Kirckelensibus acquisiverant, Wenceslaus Rex a. clccccxviii Ruperto III tanquam feudum imperii concessit (k), adeo ut
iam

(h) Quae postea Johanni Comiti Lupfensi nupsit eique partem suam domini Rappoltsteinensis attulit; cf. *Lucae* Graven Saal. P. II. pag. 1046.

(i) cf. Ohnvorgreiflicher Summarischer Bericht, wie es mit der differenz und Rechtfertigung beschaffen, so sich zwischen den beiden Fürst- und Grävelichen Häusern Vortharingen vnd Nassaw Sarbrücken 2c. 2c. eine geraume Zeit erhalten, die Graveschaft Sarwerden, sambt beygefügetem appendice, die Bogten Herbizheim betreffent. Getruckt 1641. pag. 37--50.

(k) Wir Wenzlaw 2c. bekennen -- wann der Hochgebohrne Ruprecht der Elter seel. Pfalzgraf by Rin 2c. unser lieber Swager vnd Fürste / vnd der Edel vnser lieber getr. seel. Henrich / Graf zu Sarwerden das dorf Limpach of der Strassen by dem Sloss Kirckel gelegen / von vns vnd dem H. Rich in Gemeinschaft zu lehen gehabt vnd besessen haben / vnd nun dieselben Ruprecht der Elter vnd Graf Henrich obgenant vom Tods wegen abgegangen sind / vnd Graf Henrich kein Libs lehens Erben gelassen hat / so haben wir vnsern lieben Oheim vnd Fürsten Herzog Ruprecht / des obgenannten Herzog Ruprechts des Eltern Son vnd sinen Erben

iam omne Comitum Sarverdanorum ius in ea pagi Blesensis parte, quae nunc praefecturam Bipontinam comprehendit, extingueretur. Quod enim ad advocatiam monasterii Wer-nerivillani attinet, ea iam pridem fundatores, testante confirmatione Ludovici sen. supra edita, sese abdicaverant. Longior quidem fui in genere Comitum Sarverdanorum illustrando, quam limites huius commentationis permitttere videbantur. At cum Comites isti usque ad saec. XIV exitum possessiones beneficiaque in pago Blesensi habuere, eorumque familia nusquam adhuc in lucem collocata sit: haud omnino ingratum fore lectoribus arbitratus sum, operam nostram qualemcunque in hac historiae quodammodo patriae parte posuisse (1).

T 2

Tran-

*Erben Pfaltz & Grafen by Rine von nurwes dasselbe dorff Limpach ganz vnd alles mit allen sinen Rechten vnd Zugehörungen von vnser Römischen Königlichen Macht ver-
löhen/ verlöhen mit Crafft dies Briefes-- Datum Franckfort/
anno Domini MCCC. nonages. octavo in die sancte Agnet. Virg.*

- (1) Addo, quae *Calmetus* hinc Loth. T. II Dissertt. Remarques sur les sceaux de Lorraine p. LXVII. de sigillis Comitum Sarverdanorum habet: n. LXXIX. Sigillum Lodoici Comitis Sarwerden ou Salverden. *Ce sceau est tiré d'un titre de l'Abbaye de Beaupré de l'an 1185. Le meme Louis Comte de Sarwerden a aussi accordé vers le meme tems un privilege à l'Abbaye de haute Seille. n. LXXX. S. Ferrici Comitis de Sarwerden. Tiré d'un sceau de l'an 1344. Il porte l'aigle a double tete, comme les Princes de la Maison d'Autriche.* Quum tabula ista, in qua haec sigilla aeri incisa sunt, in exemplo, quod ad manus mihi est, deficiat, nihil amplius de insignibus hisce differere possum: Sunt mihi vero litterae feudales, quibus Henricus Comes de Sarwerden

den

2. Transeo ad Kirckelenses Dynastas, quorum dominium ad Blesam ortum est initio saeculi XIII ex dominio Saraevverdano Comitum in pago Blesensi, atque ex eo tempore a Comitatu Saraevverdano separatum mansit, tandem vero terris Palatinis cum maxime Bipontinis accrevit. *Henrico I de Kirckel*, fratri Ludovici II Sarvverdani Comitis, circa an. clcccxlii nullis ex coniuge *Jrmengarde* relictis haeredibus mortuo, successerunt dicti fratris sororumque filii, quod sequentes litterae nos docent: *Idcirco gesta hominum literis imprimuntur, ut ipsa rei veritas vivaci memoria ad posteros deferatur. Inde est, quod ego Johannes S frater meus Arnoldus de Syersbergh (m), literis presentibus protestamur, quod cum bone memorie*

den Johanni de Heintzenberg (qua de familia vide consult. *Kremer*, Genealog. Geschichte der Graven von Sponheim I Abth. §. xxxviii. not. 114. p. 93 & 94.) homines S. Stephani in Advocatia Ravengersburg, Nosbaum, Alsenzich, Rurburen &c. sub lege beneficiaria confert xiiii Jun. MCCCLXXXV. Dependet inde sigillum *Henrici Com. de Sarwerde*, quod praeter alia insignia scutulum habet, in quo aquila biceps, insigne Comitatus Sarwerdani signumque clientelae Imperii, apparet. cf. *Speneri* hist. insign. illustr. L. III. c. XXVI. Com. & Princ. Nassov. §. VII p. 653.

- (m) Fuerunt Siersbergii ex ordine Dynastarum, quod ex eorum cognatione cum Sarwerdanis Comitibus inferre licet, maleque adeo inter nobiles inferiores referuntur. *Siersberg* s. *Sigirsberg*, si latino sermone exprimere velis, est *Sigeberti Castrum*, situmque ad confluentes Nidae & Saravi in pago Sargoviae superioris; cf. *Chron. Gottwic.* p. 764. *Honthem.* Hist. Tr. dipl. Tom. I saec. VII diff. §. VIII p. 58. Originem illud debet, uti supra conieci
- cap

*morie avunculus noster Dominus Henricus de Kirckle de hac vi-
 ta intestatus decederet, nos duo predicti fratres, videlicet Johan-
 nes & Arnoldus ceterique heredes Lodevicus, filius Comitis de
 Sarwerden (n) & Dominus Theodericus de Hagene (o) Alex-
 ander de Staleken, cum Domina Irmegardi relicta Domini de
 Kirckle, pari consilio & assensu fratribus de monte S. Marie
 in Werneswilre villam de Walesheym, octoginta librarum nova-
 rum Metensium per se obligatam & Ecclesiam cum omnibus atti-
 nentiis suis, utramque libere in Elemosynam contulimus perpe-
 tuo possidendam. In donatione, qua huius Elemosyne hec nostra
 consideratio fuit ut si quando adversus predictos fratres dilectus
 avunculus noster aliquid deliquisset, in recompensationem omni-
 um iniuriarum, precipue triginta librarum, quas violenter de-
 torisit ab eis, & omnium aliarum molestiarum, quasunque eis in-
 tulisset, quasi quoddam sacrificium satisfactionis illi ecclesie contra-
 dite suppleret. Et ne super his predicta Ecclesia aliqua indebita
 vexatione in posterum ab heredibus nostris fatigetur, que facta
 sunt presenti chartule inscribi fecimus & sigillo patris nostri, quia
 sigillum proprium non habuimus, confirmavimus. Acta sunt hec*

a.

cap. I p. 15. not (a), Sigebertorum, ex familia antiqua Sarae-
 pontana, uni alterive. Infra §. V probabile faciam, Sigeberti
 II, qui Sigeberti I filius, & Friderici Comitis Saraepontani
 frater fuit, posteros inde appellationem sortitos esse.

- (n) Qui paulo post hanc donationem pariter obiit, cf. supra p.
 134 --- 137.
- (o) Nobiles de Indagine s. de Hagen haud ex ordine equestri, sed
 Dynastarum fuerunt, quod ex eorum affinitate cum Sarwerda-
 nis patet.

a. Dni MCCXLII. in crastino Remigii. Eandem hanc donationem testimonio suo firmat *Philippus Dominus de Falckenstein* (p): *Ego Philippus Dominus de Falckenstein ... noverint, quod ego interfui illi donationi, quam Irmentrudis matertera mea* (q), quondam Domina de Kirckle pro remedio animae mariti sui Domini Henrici de Kirckle --- *mediantibus nihilominus Lodowico de Sarvverde iuniori, Henrico, Friderico, fratribus suis, & Johanne & Arnolde fratribus de Siersbergh, Theodorico de Hagene, Alexandro de Stalecken caeterisque omnibus haeredibus praesentibus --- in die ipsius Henrici sepulturae apud Werneswilde --- Testes autem Joannes & Fridericus fratres de Brucken, Lodewicus & Joannes fratres de duobus pontibus & alii quam plures. Datum a. MCCXLII in festo sancti Remigii.* Ex hisce chartis videmus, praeter Saraewerdani Comitis filios atque defuncti Henrici Kirckelensis nepotes occurrere haeredes *Joannem & Arnoldum, Siersbergenses* fratres, qui Henricum de Kirckel suum appellant avunculum, *Theodoricum de Hagene & Alexandrum de Staleke*, quos pari gradu cognatos defuncto fuisse existimes cum Siersbergiis. *Johannem* imprimis, patre Siersbergico dynasta, matre Saraewerdana oriundum, satorem familiae posterae Kirckelensis fuisse, colligere licet

-
- (p) Fuit is Wernheri IV de Bolandia filius alter, fraterque Wernheri V de Bolandia, auctor familiae Dominorum Falckensteinensium & Münzenbergicorum, cf. Tab. II in Geneal. Dom. Falckenstein. a. clcxcxl. edita.
- (q) Nihil mihi prorsus de eius genere cognitum est. Fuit ea soror uxoris Wernheri IV de Bolanden.

licet ex binis tabulis, quarum prima haec est: Johannes, Dominus de Kirckele Dominus de Siersberg universis presens scriptum inspecturis notum esse volumus, quod nos a Burgensibus de Limpach, pro curru, quem nobis annuatim ministrare solebant, XX solidos Metenses legaliter acceptavimus, & illos annuatim in feste beati Remigii omni occasione postposita persolvent. Ut hoc ratum & firmum teneatur, presens scriptum nostri sigilli munimine ipsis contulimus roboratum. Datum anno Domini M^oCC^o quinquagesimo. Altera respicit allodium S. Laurentii, cuius partem suam Johannes & Arnoldus fratres adiecerunt caeteris portionibus, quas Henricus Comes Sarwerdanus, Fridericus Comes Altimontis, Theodericus Dominus de Indagine & Eberhardus Marschallus de Huneburg a. clcccxlxii monasterio Wernerivillano donaverant (r): Nos Johannes Dominus de Kirckele & Arnoldus de Sigirsparg fratres una cum uxoribus nostris, ambabus uno nomine videlicet Elisabeth nuncupatis --- legavimus --- partes nostras in allodio & decimis apud S. Laurentium omnique eo iure, quo Dominus Lodewicus quondam Comes de Sarwerden p. m. maritus Domine Gertrudis quondam Comitisse ibidem prefata bona tenuit & possedit --- Datum anno Domini MCC^oLXIII in die beate Cecilie Virginis. Nihil igitur certius est, quam Johannem ex familia Dynastarum de Siersberg auctorem gentis Kirckelensis existisse. Sed turbat hic circulos nostros Henricus de Kirckle, qui a. clcccxlvi (s) & clcccxlv obvius est

(t)

(r) cf. supra §. III p. 135 & 136.

(s) Vid. §. seq. chartam donationis Henrici Comitis de Castris a. clcccxlvi factam, quam assensu suo & sigillo firmavit consanguineus eius Henricus de Kirckel. Coniicio tamen infra, scriptam esse illam cccccxxxviii.

(t). Re, quidem omni perpensa, cum inter haeredes Henrici Kirckelensis a. clcccxlīi absque liberis defuncti, nullus reperiatur Henricus, nisi Ludovici III Sarwerdani Comitis filius alter, hunc *Henricum* Sarwerdanum primum post fratris Ludovici obitum vivoque patre suo Ludovico nomen domini de Kirckle sibi sumsisse, dein vero cum patri in Comitatu Sarvverdae successisset, illud dimissum cognatis suis & cohaeribus Sirsbergiis Dynastis, Joanni scilicet, reliquisse coniiicio; quae si ita sint, optime omnia inter se cohaerent. Atque haec sufficient, od origines Kirckelenses in lucem collocandas. Quae enim ad historiam Dominorum Kirckelensium usque ad generis extinctionem (u) spectant, ea in historia castri Kirckelensis, quam elaboratam data occasione prodire iubebo, rerum patriarum amatores aliquando uberius enarrata legent. Vti tamen meis, quae de fisco regio in pago Blesensi sub potestatem propriam Comitum haereditariorum de Sarvverden, & qui ex iis orti sunt, Dominorum de Kirckel, redacta asserui,
(v)

-
- (t) In schediasmate b. *Johannis* de castro Kirckel germanice scripto is memoratur ad h. a. *Henrich Herr von Kirckel. Der a. 1245. den 23. Oct. mit dem Abt und Convent des Closters Werners weiler einen verglich wegen der seither von ihm usurpirten Gerichtsane bei Blesbrücken zu fischen errichtete.*
- (u) Vltimus Dominus de Kirckel fuit Johannes, isque ante a. clcccclxxxī diem obiit. Wenceslaus Rex tum dominium Kirckelense, tanquam feudum apertum, Ruperto I Comiti Palatino contulit. In divisione terrarum Palatarum a Ruperto III Comite Palatino, Germaniae Rege, inter filios facta Stephanus Comes Pal. illud obtinuit, ex quo tempore Duces Bipontini idem perpetuo possederunt.

(v), fidem faciam. Caroli IV Imperatoris litteras adicio sequentes: *Karolus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus & Boemie Rex. Notum facimus tenore presencium, quod accedens maiestatis nostre presenciam nobilis Ludvvicus de Kirckel, fidelis noster dilectus, nobis exposuit, quod cum ipse nobili Agneti, filie nobilis Simundi Comitis de Zvveinprucken consorti sue legitime, trecentas marcas argenti in dotem ac donacionem propter nuptias in media parte castri Kirckel, & in curia dicta Soveighoff sub dicto castro situata, nec non in media parte trium vinariorum proximorum, sub dicto castro adiacentium deliberato animo assignandas & racionabiliter duxerit demonstrandas, nobisque cum devocionis instancia supplicaverit, ut eandem assignacionem ante dicte summe trecentarum marcarum argenti super predictis bonis, que a nobis ac sacro Romano imperio in feudum dependent & tenentur, gratam & ratam habere, nostrumque consensum adhibere dignarenmr. Nos itaque prefati Ludewici de Kirckel, tam iustis & racionabilibus petitionibus benignius inclinati supra dictam assignacionem & donacionem consorti sue ratam habentes, de plenitudine potestatis nostre regie approbamus, sub harum testimonio litterarum. Datum Spirae a. D. MCCC quinquagesimo tercio, indictione VII, III Kal. Decembr. regnorum nostrorum anno VIII (w). Patet ex hac charta, quae fuerit*

V

(v) cf. supra §. I p. 118 & 120.

(w) Dominium Kirckelense feudum imperii fuisse, testantur quoque litterae feudales, quibus Stephanum, primum Ducem Bispontinum a. clccccxxv Sigismundus Imp. Norimbergae, & a. clccccxlviii Fridericus III Imp. Graeciae investivit. Vid. eas in De-

fterit in dolis caſtri Kirckel, & dominii, quod inde pende-
bat (x).

3. Superest, ut de originibus Comitatus Homburgensis familiaeque Comitum, quas in oratione historica de Homburgo Westrasiano caſtro & oppido observationibus historico-diplomaticis illustrata (y) amplius consideravimus, quaedam dicamus. Vetus quaedam traditio coenobii Werneri-villani quamvis corrupta (z) nobis quidem perſuadet, Comites ſ. Dominos de Homburg aequae ac Dominos de Kirckel ex genere Comitum Sarverdanorum ſatos fuiſſe; at quae in-

Deductione I. adverſus L. B. de Schorrenburg a. 1728. ſcripta & edita; Beilagen n. 39. & 40. p. 93 --- 95 & poſtiorē etiam in excellentiori illo ſcripto: *Wahrhafter ſtatus cauſae und rechtliche Deduction &c.* adverſus eundem a. MDCCXXXVII publicato, Beilagen n. LVII p. 56. ſeq.

(x) Complectebatur ſcilicet praeter caſtrum Kirckel villas Limbach, Einöde, Dörrenbach, Ludenbach, Furth, Haſell, Volckerskirchen, Erbach, Richskirchen & Budingen. Fuerant tamen ex hiſce villis quaedam olim allodia, quae ſine dubio dein in feudum oblata ſunt.

(y) Quae prodiit Biponti a. clbccclyiii.

(z) *Mortuo Venero Comite heredes eius videlicet Comes de Sarwerden Domini de Kerckel & de Homberg inter ſe hereditatem diviſerunt, ita quod mons praedictus (Wersweiler) & prioratus Domino Comiti de Sarwerden & plura alia circumcirca iure haereditario ſucceſſit.* Nullus vero fuit Wernerus Comes inter Sarwerdanos; pater quoque Comitis de Sarwerden & primi Domini de Kirckel, qui haereditatem inter ſe diviſerunt, fuit Ludovicus I Comes. Fridericus Comes Altimontis anno demum ſaec. XIII ſexageſimo ſecundo inter haeredes Sarwerdanos occurrit.

intercefferit inter illos agnatio sive cognatio, obscurum magis est. Primum ex Comitibus Homburgensibus nobis offert charta foundationis coenobii Wernerivillani a. clocclxxii a Ludovico I seniore Comite Sarwerdano confirmatae, quam supra §. I publici iuris fecimus. Est is scilicet *Theodoricus Comes de Homberg*. Recurrit eius tanquam mortui mentio in diplomate Henrici VII Regis de theloneo in Bopardia & libertate bonorum iu Wesele & de nemore in Onewilre, a. clocclxxvi scripto (a): *In nomine sancte & individue trinitatis Henricus Dei gracia Romanorum Rex & semper Augustus --- partem quoque nemoris de Onewilre (b) quod a nobis Theodoricus Comes Altimontis tenebat in feodo, a fratribus memoratis partim empcione partim donacione acquisitam --- Datum Aquisgranii VII Klu. Aprilis anno Dominice incarnationis MCCXXVI Epacta XX indictione XI concurrente III (c)*. Nullus ab eo tempore nobis obvius fuit Comes Altimontis usque ad a. clocclxi, quo *Fridericus Comes de Hohenberch* cum coniuge *Iutta*, *Conrado Comite Irsuto de Boumeneburch &c.* contulit sanctimonialibus in Sion ius patronatus de *Guntersheim*

V 2

-
- (a) Novum hic habemus documentum singularis favoris, quo monachos Cistercienses Henricus VII rex Friderici II Imp. filius prosecutus est. cf. J. D. *Richter* diss. de electione Henrici VII eiusque regia potestate Vitemb. & Servestae 1752. §. xv & not. (b) p. 50 & 53.
- (b) Onewilre est Oenweiler, Emmweiler, Jngweiler, villula haud procul a monasterio sita.
- (c) Consentiant quidem annus a Christo nato & Epacta solaris; aberrant vero ab his & Epacta lunaris & Indictio.

heim (d). Atque hic *Fridericus* fuit, quod supra ex literis haeredum Sarwerdani Comitis Ludovici senioris de donatione allodii apud S. Laurentium monasterio Wernerivillano facta a. clocclxii conscriptis discimus, haeres Sarwerdanus (e). Fuit idem fator familiae Comitum Homburgensium saec. xii, xiv & xv, quo *Johannis ultimi Comitis de Homburg* obitu genus extinctum est, & Comitatus ejus in varias partes scissus plures quoque recepit possessores.

§. IIII.

Progredior ad Comites, qui Castrum ad Blesam, tanquam beneficium Metense, & quae eidem annexa erant, tenuerunt Origines eorum in Origg. cap. II (f) adumbravimus, iam vero familiae ipsi ex veteribus monumentis chartisque maxime Wernerivillanis eam lucem afferre conabimur, quam polliciti sumus. Sit igitur primus *Godefridus* Comes ab Hermannno Episcopo Metensi saec. XI exeunte ob praeclare merita de Comitatu Castris investitus (g). Hunc eundem coniicio cum *Godefrido* illo, *Folmari* Comitis de *Luneville*, fundatoris abbatae S. Remigii, filio, qui cum uxore *Juditha* & *Folmaro*

ro

(d) cf. *Senckenbergii* meditt. fasc. I adiuncta p. 64. prob. III.

(e) Cum in recensione Comitum Sarwerdanorum de Henrico legimus.

(f) c. II §. XI p. 75. cf. §. VIII p. 60. not. (t).

(g) *Calmet* hist. Loth. T. II L. XXII §. VI p. 546. not. (b). T. III L. xxiv §. cxxv p. 197 & 196. not. (d). *L'Evêque Herman en accorde l'investiture vers la fin de l'onzième siècle au Comte Godefroi. Les descendants de ce Comte en ont joui long tems & en ont fait hommage a l'Evêque de Metz &c.*

ro Comite de Luneville liberalitatem exercuit erga abbatiam a patre fundatam sub Pibone Episcopo Tullensi, adeoque inter annum clōlxx & clōcvii (h). Appellat idem sese cum altero frate Hermanno Francorum Comitem Catholicum (i), unde colligere licet, Comites hos in ecclesia & quidem Merensi tuenda praecipuam quandam quaesivisse laudem. Quare cum haud alius eo tempore vixerit Godefridus, de ecclesia Merensi bene meritus, omnino huic Comitatum de Castris collatum fuisse ab Hermanno Episcopo existimes. A. saec. duodecimi VI, XI, XXVI & XXVII occurrit in chartis *Godefridus Comes de Castro* s. *Castris* (k) Qui tamen certe posterioribus annis vixit, ob temporum rationes filium ejus esse puto, qui iam ante a. clōxc Comitatum obtinuit. *Godefrido II Comiti Chesnii* (l) uxorem fuisse tradit *Mathildem* filiam Con-

(h) *Calmet* l. c. T. II probatt. p. cc lxxv ibique notata.

(i) *Ibidem* p. cclxvi documentum a. clōli scriptum.

(k) *Calmet* hist. Loth. T. II dissertt. Remarques sur le Comté de Castres & sur les Seigneurs, qui l'ont possédé, p. xxiv: *Godefroi, Comte de Castres fut témoin dans une chartre expédiée a Strasbourg en 1106. par l'Empereur Henri V la sixieme année de son regne & la premiere de son empire en faveur de l'Abbaye de Senones. Signum Godefridi de Castro. Il est encore nommé dans un titre de 1111. En 1126 & 1127. on trouve de meme Godefroi de Castres. In Meurissii hist. Ep. Met. p. 402 & 403. existat documentum a. clōcxxxvi scriptum, inter cuius testes legitur Godefridus Comes de Castro. Itemque in alio a. clōcxxxvii apud Calmetum T. V. probatt. p. clxiv Comes Godefridus de Castello.*

(l) *Vid. Calmet. T. II post indicem histor. errata & Corrections du II Tome, ubi haec ex Chesnio refert: Duchesne dans la Maison*

Conradi Luxemburgensis, quae proinde Alberico audit Comitissa de Longwy, de Homberg & de Castris (m). Atque idem
Chef-

son de Luxemburg dit, que Mathilde de Luxemburg, fille de Conrade, epouza Godefroi, Comte de Castel ou de Castres, qui fut pere de Folmar, Comte de Metz, qui epouza Clemence, fille de Folmar, Comte de Metz, dont il eut trois fils, scavoir 1) Folmar II ou III du nom, dont la fille unique (fallitur hic Auctor, erat enim neptis eius Elisabetha, quae Comitatus de Castris haeres exstitit, neque eadem erat unica Filia) porta par son mariage le Comté de Castel a Renaud de Lorraine. 2) Hugues de Luneville. 3) Henri de Castel, ou de Castres, qui prit l'etat ecclesiastique, fut archidiaque de Metz, & enfin Eveque de Verdun. Saniora haec mihi videntur, quae Calmetus ex optimo auctore attulit, quam quae ipse de Mathilde Comitissa de Castris satis confuse prodidit T. I dissert. p. CXClI sq.

(m) *Albericus ad a. clcxlxiii p. 350. in Leibnitii Access. hist. T. II, Confirmant huius matrimonii veritatem ea, quae Calmetus ex tabb. veteribus T. I dissert. pag. CLVI de Godefrido refert: En 1127 & 1135. il y avoit un Godefroi Comte de Castres & de Homburg. Concordat nimirum hic titulus cum illo, qui Mathildi de Longwy Luxemburgicae tribuitur, Comitissa de Homberg & de Castris. Quare Calmetus T. V. dissert. Liste General. des Comtes de Luxemburg p. CXLV recte mihi profus rem definiisse videtur, cum de Mathilde hac filia Conradi de Luxemburg & Clementiae comitissae de Longwy ita scribit: Mathilde, que Godefroi Comte de Castres epouza & laquelle eut Longwy pour dot. Quam vero Mathildem uxorem habuit Folmarus Comes Metensis, fundator abbatae Bellipratensis, ea teste ipso Calmeto T. I Dissert. Origine de la maison de Lorraine pag. CCXIX filia Theodorici Ducis Lothar. & soror Simonis I Ducis fuit, adeoque male ab eodem scriptore l. c. pag. CXClI not. (h) cum Mathilde de Longwy, Comitissae de Castris coniuge, confunditur.*

Chefnius patrem fuisse inquit *Godefridum Folmari* Comitis, qui *Clementiam*, *Folmari* Comitis *Metensis* filiam in matrimonio habuit. *Folmarus* hic, qui in Comitibus de Castris nobis primus huius nominis est, ac probe ab agnato Comite *Metensi* & *Lunevillano* *Folmaro* distingui debet, occurrit in chartis inde ab a. clōcxxxv usque ad a. clōclxxxix (n). A. clōcxxxv beneficus existit erga monasterium *Bellipratense* a *Folmaro* Comite *Metensi* fundatum; cuius liberalitatis testimonium praebent litterae *Henrici Leucorum* Episcopi eodem anno scriptae (o), ex quibus simul intelligimus, *Folmarum* nostrum de Castris filium fuisse *Godefridi*. Ita nimirum Episcopus: *Idem praefatus Comes Folmarus Comes Metensis & uxor sua & filii omnes, & filiae, dederunt eidem ecclesiae allodium de Morillonmasnil, Folmarus similiter Comitis Godefridi (filius) participes ejusdem allodii.* Idem Episcopus in tabula confirmatio-

- (n) *Calmetus* T. II dissertt. remarques sur le Comté de Castres pag. XXV. Dans les titres de 1135, 1157, 1166, 1173, 1178, 1179. on voit *Folmarus Comes Castellensis & uxor eius Clementia filia Matbildis & Folmari Comitis de Lunevilla.* In chartis *Hontbemianis* vid. hist. Tr. T. I occurrit ad a. clōclii, clōclvi & viii, clōclxii.
- (o) Vide eas in *Calmeti* T. V. probb. pag. ccxcv seu potius cxcv Inter sigilla Lotharingica, quae T. II dissertt. aeri incisa sunt, pag. lxxvi obvium quoque est n. lxxvii *Volmarus de Castello.* C'est *Folmar*, ou *Volmar* Comte de Castres, ou de *Bliescastel.* Ce sceau est tiré d'un titre de l'Abbaye de *Beaupré* de 1178. On ne remarque aucune trace d'armoirie sur son ecu. Je pense que ce *Folmar* est un Prince de la Maison des Comtes de Metz & de *Luneville* & apparemment *Folmar IV* fils de *Folmar III*, quod quidem minus recte coniecit, cum hoc repugnet temporum rationi. Comites de Castris scilicet fuerunt propago Comitum de *Luneville* veterum diversa.

nis fundati monasterii Bellipratenfis (p) a. cl̄c̄lv̄ii Folmari huius, a Folmaro Metensi diverfi, prodit nomen: *Igitur praedictus vir illustris Comes & coniux eius femina felix memoriae Comitiffa Mathildis, sed & filii eorum Folmarus & Hugo, nec non & filiae Clementia, Agnes & Adeleidis --- Dederunt etiam fratribus praefatae domus alodium de Morillummafnil, quicquid in dominicatu suo habebant --- Secutus deinde Vir illustris & sanctae Dei ecclesiae cultor & amator Folmarus Comes Castellensis haeredibus suis collaudantibus & confirmantibus, quoniam ipse erat particeps allodii de Morillummafnil, ipsum allodium cum omni integritate & libertate donavit ecclesiae iam dictae in elemosynam ---* Plurimum has litteras ad evincendam agnationem Comitum Metensium de Luneville & Comitum de Castris conferre arbitror. Duxit vero postea *Folmarus I* Comes de Castris agnati sui Folmari Comitum Metensium filiam *Clementiam*, si quidem *Calmetus* recte vidit (q), quod nulli dubitamus. Eodem fere tempore, quo *Folmarus I* Comes de Castris Abbatiae S. Remigii in Luneville munificentiae specimina dedit, eius quoque liberalitatem experta est Abbatia vallis S. Mariae in Sturtzelbrunn, haud procul a castro Bitis a Simone I circa a. cl̄c̄xxxv fundata, & ab huius filio Matthaeo Duce a. cl̄c̄xliiii aucta. Testimonium eius rei praebet Stephanus Episcopus Metensis in litteris confirmatae foundationis monasterii Sturtzelbronnensis a. cl̄c̄lv̄ datis, cum in iis praecipuos benefactores enumerat, Simonem scilicet & Matthaeum Lotharingiae Duces, Theodoricum Comitem Terrae sive provinciae

(p) *Calmet*. T. V. probatt. p. ccclxiii sq.

(q) Vid. notam praecedentem (n).

vincialem, *Folmarum* Comitem de *Castris s. de Castello* (r) &c. Habemus *Friderici* de *Bitis*, filii *Matthaei Ducis*, chartam a. *clccxvi* scriptam, qua bonorum monasterio isti donatorum concessionem confirmat. *In nomine sancte & individue Trinitatis. Fridericus Dei favente gratia Dominus de Bitis, filius Matthaei Ducis Lotharingie, venerabili Abbati vallis sancte Marie fratribusque suis --- Gratiam suam & dilectionem in perpetuum --- Noverit itaque omnis posteritas fidelium, quod avus meus Simon, & pater meus Matthaeus, Duces Lotharingie pariter & simili devotione quoddam claustrum inframontana, que Sturtzeleboren dicuntur, ob animarum suarum remedium suorumque in proprio allodio fundaverunt, quod etiam huiuscemodi terminis distinxerunt --- Sciendum proinde, quod Theodoricus Comes provincialis eadem libertate, qua predecessores mei, quartam partem prefati predii, que sibi iure contingebat hereditario, predictam dotavit ecclesiam; modo consimili Comes Folmarus de Castelle, quartam eiusdem allodii, que sibi hereditarie pertinebat, tum pro Deo, tum etiam aliquo temporali commodo, id est sex talentorum & equi, ut ceteri, sub eodem iure prefate contulit ecclesie --- (s). Acta sunt hec anno ab incarnatione domini millesimo centesimo nonagesimo sexto, indictione XIV, Epacta*

X

XVIII.

(r) Vide horum omnium narrationem in *Calmeti* hist. Loth. T. II L. XXI §. II p. 402 & 403.

(s) Recensentur hic nonnullae aliae donationes, ex quibus videmus, *Folmarum* Comitem de *Castris* complura habuisse praedia in pago *Sargoviae superioris* & *Blesensi*. Sed terminorum, quibus collata monasterio bona circumscribuntur, nomina nimium corrupta & obscura hodie sunt, quam quae curate explicare queas.

XVIII, concurrente I, Celestino sancte Romane ecclesie papante anno V, Henrico Caesare Imperante anno V, Friderici Imperatoris filio. De quo haecenus disputavimus Folmaro I, cum tandem cum filiis Folmaro & Hugone sistit tabula confirmationis monasterii Wernerivillani recens fundati a. clcclxxii factae, quam Ludovico I seniore Comite Sarwerdano auctore scriptam supra edidimus (t). Fuit ei praeterea filius Henricus de Castris, quem Archidiaconum S. Lamberti Leodiensis, deinde, cum Friderici I partibus maxime addictus esset, ab hoc

a.

(t) §. III p. 130 & 131. cf. *Origg.* c. II p. 75. ubi Hugonem hunc Cunegundi haeredi Lunevillanae nupsisse atque sic dominum Lunevillanum acquisivisse conieci, quia ad a. clcclxxxv sq. Hugo Comes de Luneville cum Cunigunde filia Folmari de Luneville uxore sua occurrit, cf. *Calmet* T. I dissert. pag. clv & clvii, atque *Cbesnii* supra laudatus eum Dominum de Luneville vocat. Qui vero ad an. clcclxxii mihi obvius fuit, Hugo Dominus Lunarumvillae cum filiis Conrado & Hugone in charta quadam in monasterii Wernerivillani gratiam scripta & data apud *Lutzelnsteyn* anno dominice incarnationis M^oCC^oXII, XII *Kln. Jun. ipsa sancta die pentbecostes*, eum ab hoc Folmari filio diversum re curatius examinata iudicavi. Quia Hugo ille, Conradi & Hugonis pater, fuit origine Dominus de Lutzelstein, ob coniugium vero cum Agnete de Luneville, filia fundatoris Bellipratensis Folmari III, ac sorore Clementiae, quae Folmaro I de Castris nupsit, initum, partemque adeo Domini Lunevillani acquisitam titulum Domini Lunevillani sibi sumsit. cf. *Calmet* T. I dissert. p. cl §. xv & p. clvii, quo loco Hugonem de Lutzelstein, Agnetis de Luneville maritum, cum ea adeptum esse narrat terras de Luneville, Waltraucourt & Gerbevil-ler, dein a. clcclxl cum castro Spisseimberg commutatas. Sic dies diem docet.

a. clocLxxxvi sede sua discedere coactum fuisse, tandem **Leo-**
 dii aliquot post annis vivendi finem fecisse, docent veterum
 litterarum & scriptorum monumenta (u). *Folmaro I* igitur
 successit filius *Folmarus II*, qui a. cloc donationes a patre Ab-
 batiae Sturtzelbrunn factas ratas habuit. Jam vero docu-
 menta Wernerivillana Comitibus nostris gratum novumque
 lumen porrigunt. Spectant huc ante omnia litterae Mechtildis
 de Castris, filiae *Folmari II*, de incorporatione ecclesiae &
 decima in Holvingen (v): --- *Inde est, quod ego Mechtildis de*
Castris --- contuli ea conditione interposita, ut patris mei Folma-
ri & matris mee Jutte, Friderici fratris mei, meam quoque &
fratris mei Henrici, cum obierimus diem anniversarium fratres
memorati perpetuo celebrabunt --- Huius donationis testes sunt
frater meus Henricus Comes --- Acta sunt hec anno gratie millesi-
mo CC°XXIII, VIII Idus Maii. Donationem hanc eodem
die confirmat suis etiam litteris: Inde est, quod ego Henricus Co-
mes de Castris --- quod soror mea ecclesie de Werneswilre, in
qua bone memorie pater noster Folmarus Comes sepulturam for-
titus est --- Acta sunt hec anno Sc. Hisce accedunt litterae,
 quibus *Simon Comes Saraepontanus* consensum suum decla-
 rat: --- *Symon Comes de Saraponte* subscripte veritati fidem
 adhibere --- *Vnde & ego cognate mee Mechtildis de Castris (w)*
donacionem amplector --- ecclesie de Holvingen & decimam --- que
eam iure hereditario contingebat Sc. Patet igitur, Folmarum

X 2

II

(u) cf. not. praeced. (l) p. 154. & *Calmet*. T. II, L. xxii §. cxix p. 611.

(v) Villa inter Saralbe & Purlingen.

(w) Nescio qua ratione cognationem hanc definiam, nisi Mechtildis
 matrem Jutam *Simonis Saraepontani* amitam fuisse dicas.

II inter a. clcccxx & clcccxxiii mortuum atque sepulturae locum in monasterio Wernerivillano invenisse. Genuit ex uxore sua Jutta, quam Simonis I Saraepontani filiam fere conii-
cio, *Fridericum*, ante annum clcccxxiii mortuum, *Mechtil-
dem* filiam & *Henricum*, qui patri in Comitatu successit (x).
Habuit vero *Folmarus II* Henrici pater praeter Comitatum
de Castris advocatiam in Berncastel ad Mosellam tanquam
feudum ab Archiepiscopo Trevirensi (y), testante pacto inter
Archiepiscopum & Comitem nostrum ineunte saecu-
lo

(x) Falsus igitur est *Calmetus* T. II dissertt. Remarques sur le Com-
té de Castres, p. xxvi, cum scribit: *Henrici II Comte de Castres
apparemment fils de Henri, dont on a parlé sous l' an 1151, epousa
Clementia de Rhetel, dont il eut &c.*

(y) Berncastellum, castrum & oppidum, de cuius nominis etymo-
logia disputat quaedam ven. *Hontbemijs* in prodr. hist. Tr. P.
I pag. 238 not (f), fuit saec. xi in dominio Adalberonis prae-
positi S. Paulini, Sigefridi I Comitis Luxemburgensis filii, qui
sefe in litteris a. clxxxvi datis *Dominum de Ruxbeio, Serico, de
Sarburgh & de Berncastel* appellat, cf. *Gesta Trevir.* c. XLVI Is
cum Episcopalem sedem Treviris affectasset, maximalque tur-
bas in tota dioecesi excitasset, *Poppo archiepiscopatum adeptus
Berncastel castellam a praedonibus Atbelveronis defensum destru-
xit &c.* cf. Auctor vitae Meinwerci c. XLII apud *Leibnit.* scriptt.
Rer. Brunf. T. I. *Gesta Trev.* l. c. porro referunt: *Igitur Adel-
bero tandem seva poenitentia tactus nec valens vires Popponis suf-
ferre, suppliciter eidem factus palatium & sua castella, & omnia
sua contradidit, & dein in monasterio S. Paulini iusque ad finem
vitae permansit.* Trevirenses dein Archiepiscopi castrum illud
dirutum cum locis attributis Comitibus de Castris ad Blesam ne-
scio quo saec. XII anno contulerunt.

lo XIII inito (z), ex quo haec memoratu digna decerpimus:
 Notum sit --- Venerabilem Trevirorum Archiepiscopum Johan-
 nem --- & nobilem virum Folmarum Comitem de Castelle in
 hoc convenisse quod in monte de Baruncastel seu in aliquo alio mon-
 te infra terminos advocatie dicti Comitis vel fratris sui (a) in eo-
 dem banno nulla in perpetuum a domino memorato Archiepiscopo
 seu aliquo suorum successorum, seu nobilium, seu ministerialium
 suorum vel dicto Comite seu aliquo suorum heredum munitio con-
 struatur --- quod si a domino Trevirensi --- in prenotato mon-
 te seu in quocunque alio monte infra terminos memorate advoca-
 tie munitio construatur, universum allodium suum infra eosdem
 terminos constitutum, dominus Treviren. Archiepiscopus in feo-
 dum Comiti de Castelle habendum concessit. Similiter si a predicto
 Comite seu aliquo suorum heredum --- munitio construatur, uni-
 versum feodum, quod presatus Dominus a Domino Trevirensi
 Archiepiscopo & Trevirensi habet ecclesia ad liberum ius & libe-
 ram potestatem domini Treviren. Archiepiscopi & Trevirensis
 ecclesie --- idem Dominus de Castelle & filii sui revolvi concesserunt
 --- Quae loca haec Advocatia sub se comprehenderit, docet
 nos

(z) *Hontbemi*us quidem hoc instrumentum ad saec. xv finem refert
 hist. Tr. dipl. T. I p. 621, n. ccccxxxiv. Confectum vero est id saec.
 xii ineunte, quod colligimus ex Gestis Trevir. c. Cl, in vita Johan-
 nis Archiepiscopi ad a. clccci quo anno Romam profectus est: *Re-*
versus autem, inquit auctor Gestorum, *a Roma destruxit Castrum*
quod Comes de Castris interim construxerat in Berincastel. Quo
 facto sine dubio pactum illud inter se fecerunt, cui tamen deinde
 I Apr. a. clcccxviii favore Archiepiscopi renunciatum esse notat
 l. c. T. I p. 622. *Hontbemi*us.

(a) Superstes igitur fuit a. clccci Folmari frater Hugo de Castris.

nos idem Archiepiscopus Johannes in litteris, quibus bona ecclesiae S. Simonis in advocatia Comitis de Castris supra Mosellam sita ab ejus exactioibus libera declarat circa a. clōccxii (b); hae autem sunt villae: *Grache*, *Berencastel*, *Cuse*, *Lysure*, *Kestenee*, quae omnes e regione Veldentiae ad alteram Mosellae ripam sitae sunt. Atque hanc Advocatiam a Comitibus de Castris tanquam subfeudum tenuisse nobiles de Hunoltstein, discimus ex litteris Wernerii de Hunoldipetra, quibus se tanquam subadvocatum in Berncastel nihil iuris in bonis ecclesiae S. Simonis in eo districtu sitis habere profiteretur mense Septembri a. clōccxxv (c). Habuit praeterea aliud feudum a Trevirensi ecclesia *Henricus Comes de Castris*, Advocatiam scilicet in Mynheim (villa supra tractum Berncastellanum sita) ad Mosellae ripam, quam rursus ab eo tanquam subfeudum tenuerunt Albertus dictus Munt & Godfridus Lupach, referentibus ipsius Comitis litteris, quibus Advocatiam de Mynheim consanguineo suo Theodorico Trevirorum Archiepiscopo pro cl. libris Trevirensibus obligat mense Julii a. clōccxxx (d). A. clōccxxxiii idem *Henricus Comes de Castris*, Dominus de Schonemberg, Irmenfindi Comitissae Luxemburgensi vasallagium praestitit (e), uti iam ante VIII annos Metensis Episcopi hominem ligium se se professus est, & ab eo castrum ad Blesam cum locis attributis in feu-

(b) *Hontb.* hist. Tr. dipl. T. I n. cccc. p. 951.

(c) Idem l. c. n. cccclxiii pag. 701.

(d) *Hontbem.* l. c. n. cccclxviii pag. 704.

(e) Idem ibidem not. (a) ex *Bertboleti* hist. Luxemb. Tom. V in probb. pag. 10.

feudum recepit (f). A. clcccxxiv eum liberalitate sua ornasse monasterium Wadegotiense, tradunt Annales Praemonstratenfes & ex iis *Calmetus*. Redeo tandem ad Wernerivillana monumenta, quae omnem *Henrici* Comitis de *Castris* familiam egregie illustrant. A. clcccxxxiii nimirum is & uxor ejus *Agnes* bona sua in *Schornesheim* (g) monasterio contulerunt huiusque liberalitatis testimonium ipsi reliquerunt: Nos *Henricus Comes* & *Agnes Comitissa uxor nostra* --- bona nostra in *Schornesheim* --- ex consensu filii & heredum meorum liberaliter contulimus - Huius rei testes sunt frater *Conradus* ordinis *predicatorum*, frater *Andreas* presbyter ordinis *minorum fratrum*, *Walterus de Brugken* & filii sui *Theodoricus Johannes* & *Fridericus*, *Theodericus de Hoenburg*, *Conradus de Lapide*, *Theodericus de Hagene*, *Wilhelmus de Lievenberg*, *Albertus Folmarus Seltzereide* & castrenses omnes & alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini *MCCXXXIII*, VI Kln. Febr. Ratam habuit hanc donationem *Theodoricus Archiepiscopus Trevirensis* ex Comitibus de *Weda* oriundus, --- Nos *Theodericus Dei gratia Treverorum Archiepiscopus* --- quod dilectus consanguineus noster *Henricus Comes una cum consorte sua Agnete Comitissa de Castris cum filii sui Johannis* & heredum suorum consensu --- contulerunt - Huius rei testes sunt *Reynerus Abbas de Wadengocia*, frater *Conradus ordinis predicatorum* frater

(f) cf. Extrait des Registres de la Chambre Royale établie a Metz, donné à le 28. Juin 1680.

(g) Schornsheim, villa dioecesis Moguntinae cis fluvium Selz, qui infra Ingelhemium Rheno miscetur, inter vicos Vdenheim & Gauspizheim.

ter Andreas presbyter ordinis minorum fratrum, Waltherus de Brugken & filii Johannes & Fridericus, Hugo Advocatus & frater suus de Hunoldistein Conradus de Lapide, Theodoricus de Hagen, Wilhelmus de Liebenberg & alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini MCCXXXIII^o, VI Kln. Febr. Qua ex familia fuerit Agnes ista, & quae ratio fuerit bonorum in Schornesheym monasterio Wernerivillano collatorum, declarat Wernherus de Bolandia (h): --- Nos Wernherus de Bolandia --- Allodium illud de Schornesheym, quod Comes Saynensis cum Agnete sorore sua Comiti de Castris contulit, quod idem Comes de Castris scilicet ecclesie de Werneswilre pro remedio anime sue & dictae Agnetis sue uxoris in elemosynam dicitur contulisse --- Acta sunt hec anno domini MCCXXXVII duodecimo Kln. Julii. Agnes igitur, uxor Henrici Comitis de Castris, soror fuit Henrici II Comitis ultimi de Sayn, filiaque adeo Eberhardi I de Sayn (i). Haec vero ipsi peperit filium Johannem, qui tamen circa an. clcccxxxviii ante patrem praematura morte vivis

(h) Fuit hic Wernherus V de Bolandia secundum Tab. I in Geneal. Com. Falckensteinensium a. clcccxliv edita. Spectabat vero villa Schornsheim ad familiam de Bolandia, ex qua illam deinde Kunegundis filia Philippi de Bolanden Henrico Comiti de Spanheim iuniori dotis loco attulit.

(i) cf. Rechtsgegründetes Bedenken, daß denen Herrn Graven von Witgenstein wegen Sayn keine Action gebühre Tab. I. Frater Agnetis Comitissae de Castris Henricus scilicet de Sayn habebat uxorem ex Comitibus de Weda oriundam, unde patet, qua ratione Theodoricus Archiepiscopus Trevirensis natus, Comes de Weda, sese consanguineum Henrici Comitis de Castris dixerit.

vivis exceptus est. Hoc enim anno Agnes mater pro ipsius animae remedio XL solidos in Holvingen, decimas in Bitteringen (k) & allodium suum in Bunsingen monasterio Wernerivillano obtulit: --- Ego Agnes Comitissa de Castris pro remedio anime dilecti filii mei Johannis --- allodium meum in Bunsingen &c. --- accedente consensu filiarum mearum ac heredum omnium --- contuli --- in Holvingen, quam Comitissa Mechtildis de Castris manu & assensu fratris ejus Domini mariti mei Comitis Henrici nec non dilecti filii mei Johannis --- consensu --- Ut nullus huius mee valeat vel presumat conturbare donationis munificentiam, mei sigilli ac fratris mei Comitis Salmensis filiarumque mearum munimine confirmavi. Acta sunt hec anno Domini millesimo CCmo XXXVIII In purificatione beate Marie Virginis. Ultimum, quod ex Henrici documentis in manus nostras venit, a. clocclxiii datum & dona ante facta monasterio Wernerivillano confirmat, & novis ea cumulat, caetera multis modis dignum est, quod legatur: --- Ideoque nos Henricus Comes de Castris & Agnes collateralis nostra Comitissa --- attestamur, quod omnia, que dilecta soror nostra Mechtildis ecclesie de Werneswilre --- donavit --- rata habemus --- Item damus eidem ecclesie plenum & liberum in omnibus terris nostris & nemoribus de Castris & Forbach (l) & in omni Iurisdic-

(k) Widingen ad Saram inter Saralben & Sargemund.

(l) Qua ratione dominium Forbacense, beneficium olim ab Episcopis Metensibus dependens, pervenerit ad Comites de Castris, non habeo quod dicam. A. clocclxxx Henricus Comes de Forbach subscripsit inter testes tabulae emtionis venditionis Henrici Comitis Salmensis apud *Honthem*, hist. Tr. dipl. T. I, n. DLVII.
Paulo

ditione (m) pascuatum, sicuti dominus de Kirckele, de Sarwerden
 & de Homberg contulerunt --- Item damus dilecte Agneti Comi-
 tisse nostre collateralis --- potestatem faciendi ante obitum nostrum
 vel post testamentum --- Item nos Henricus de Kirckele (n) pro-
 mittimus --- similiter observaturos in omni nostra iurisdictione,
 ut --- Et ut predicta firma & inconculsa permaneant, presentem
 cartam sigilli nostri domini, venerabilis viri, domini Theodorici
 Treverorum Archiepiscopi & dilecti Henrici consanguinei nostri
 de Kirckele, qui predictis interfuit, munimine petivimus roborari
 adhibito nostrorum robore sigillorum. Actum anno domini CC
 quadragesimo tertio in purificatione beate Marie Virginis. Subori-
 tur vero mihi scrupulus de anno huius documenti clcccxxxiii
 qui per errorem postea a librario scribi potuit pro clcccxxxviii.
 Dies certe purificationis Mariae convenit cum die, quo proxi-
 ma ab hac charta data fuerat. Si enim iis, quae in sententia
 a iudicio recuperatorio Metensi saeculo superiori lata ex vete-
 ribus chartis referuntur, fidem habeas, iam postridie annun-
 ciationis Mariae a. clcccxxxviii *Elisabetha*, filia Henrici Comi-
 tis, Comitissa de *Castris* cum *Bertholdo* Comite de *Salmis*
 marito suo feuda recepit (o). Quum Genealogiae Comitum
 Sal-

Paulo post dynastiam hanc Comites Asperimontis sibi acqui-
 verunt, cf. *Calmet* T. III dissert. p. II, III, XXX & XXXI.

(m) Vox *iurisdictionis* est h. l. idem ac territorium & infert superioritatem territorialem; cf. *Hertii* diss. de superioritate territoriali §. II in *Opuscul. & Comment.* T. II p. 129.

(n) cf. supra §. III n. 2.

(o) Verba sententiae d. xxv Jun. 1680. publicatae haec sunt: *Autre Cartulaire en velin intitulé Registre 2. des fiefs trouvé dans la même Chancellerie de Vic, auquel en la page 57. est une reprise par*
Eli-

Salmensium fide dignae mihi non sit copia, nihil habeo quod de hoc Bertholdo dicam, qui mihi nusquam alibi obuius fuit. Si matrimonio *Elisabethae*, filiae haeredis Comitis Henrici de *Castris*, coniunctus fuit (p), is certe nullam prolem ex illa suscepit & absque haeredibus defunctus esse videtur. Ab anno enim saeculi huius quinquagesimo I iam occurrit *Renaldus*, Friderici II Lotharingiae Ducis filius, *Dominus* de *Bitis* & *Stenai*, tanquam Comes de *Castris* & maritus *Elisabethae* (q). Sed hoc quoque matrimonium sterile fuisse, produnt iam litterae, quibus *Renaldus* Comes de *Castris* & *Dominus* de *Bi-*

Y 2

tis

Elisabeth Comtesse de Castres, du consentement de Bertholde Comte de Salm, de Jean Evesque de Metz du dit chateau de Castres & de ses appartenances, & de tout le Franc aloeuif de son Pere, en datte du lendemain de l'annonciation de nostre Dame 1238. rendable au dit Evesque pour s'en servir contretous, inalienable sans son consentement, avec prohibition a la ditte Elisabeth & à son Mary, de faire feaulté à autre Seigneur, qu' aupres l' Evesque de Metz & ses successeurs & à condition, qu' apres les fils & ses filles le dit fief pourra etre tenu par l'une de ses soeurs aux memes conditions, & que les Soldats & Gardes du chateau feront le serment de fidelité a l' Evesque apres les Archevesque de Treves & Evesque de Verdun, en cas qu' elle auroit d'eux les fiefs, que son dit pere en tenoit.

(p) *Calmet* l. c. Rem. sur le Comté de Castres Bertholdi quidem Comitis tanquam mariti *Elisabethae* mentionem facit; at illum cum hac secundas nuptias iniisse minus recte vult, cum ab anno certe saeculi XIII quinquagesimo usque ad septuagesimum quartum in coniugio vixerit cum *Reinaldo*, eaque hoc anno iam fere sexagenaria fuerit.

(q) *Calmet* l. c. p. xxvi. *Albericus* ad a. clcccxxxviii. tempus nuptiarum antecepisse mihi videtur: *Renaldus frater*
Du-

zis recognoscit, se a Duce Lotharingiae Castrum & villam Putlingen beneficiaria lege tenere, & post eum filium natu maiorem ex sorore *Elisabethae* Comitissae, quo etiam sine haeredibus decedente, alterius sororis filius vasallagium Duci praestare deberet (r). A. clcccclxxiv. Simon quidam de Parroye testatur, se interfuisse venditioni haereditatis omnis, quae Vlrico Domino de Rappoltstein ex Comitatu de Castris ob matrem cedere debebat, factae pro CL libris Metensibus a *Renaldo* Comite de Castris solutis, die Mercurii ante festum S. Michaelis (s). *Elisabetha* igitur sorores habuit, ex quibus una Domino de Rappoltstein nupsit; atque hunc Vlricum II fuisse cognovi, qui ex illa Vlricum III haerodem partis Comitatus de Castris genuit (t). *Elisabetham* fundatricem agnoscit monasterium Graeffinthal, vallis Comitissae, quod anno clcccxlvi illius liberalitate post mortem, credo, prioris mariti exstructum in valle Mengen ad Blesam infra Sargemundium & monachis ordinis S. Guilielmi traditum etiamnum floret; in quo etiam illa ipsa sepulturae locum reperiit (u). Plura

Ducis Lotharingiae factus & Dominus de Bittis & per uxorem, quam sibi usurpavit, Comes de Castris effectus est.

(r) Idem l. c. pag. cit.

(s) Idem l. c. pag. ead.

(t) cf. Genealogiam Dominorum Rappoltsteinensium saec. xii & xiii ab illustri *Schoepffino* elaboratam & ab amplissimo *Preuschenio* insertam commentationi, quae inscribitur: Beiträge zur Erläuterung der successions Ordnung in Teutsche Reichs-Länder insbesondere die Lehne, 2tes Stück. Carlsruher nützliche Sammlungen xxxvii und xxxviii Stück 1758. p. 294.

(u) cf. *Calmet* T. III, L. XXXI §. CVIII p. 81 & 82.

ra de *Renaldo* habet *Calmetus*; quibus addantur, quae bina liberalitatis erga Monasterium Wernerivillanum & S. Mariae Magd. poenit. in pomoerio apud Geminumpontem cap. I adduximus (v), ex quibus simul colligimus, Renaldum a. clocclxxiv diem obiisse suprimum absque liberis. Maxima controversia exstitit inter Dominum directum, Episcopum Metensem, & haeredes Comitatus de Castris aliosque, quam infra in vita Henrici bellicosi, Comitis Bipopontini, pluribus enarrabimus (w). Sufficiat hic nobis adnotasse, praecipuum haerem sese tum gessisse Henricum Comitem de Salmis (x), quem *Calmetus* coniugem *Mariae de Castris*, alii vero *Lorettae de Castris* fuisse ferunt (y). Absoluta igitur etiam hac partis pagi Blesensis historia progredimur ad illustrissimam Comitum Saraepontanorum gentem, & inprimis eorum propaginem, Comites puto Geminipontis, qui amplissima praedia in pago Blesensi iure haereditario ad se transmissa tenuerunt, & soli deinde lucubrationibus hisce nostris materiam praebituri sunt.

Y 3

(v) Cap. I pag. 32. not. (a).

(w) Vid. interim *Calmetum* T. II differt. l. c. & T. III.

(x) Henricum hunc, Comitem de Salm in Lotharingia, *Bertholeta* hist. de Luxemb. T. III Liste Geneal. p. 36. seq. huius nominis IIII esse, cognovi ex ven. *Honthemii* observatione ad tabulam Henrici huius a. clocclxxx scriptam, qua Henrico Archiepiscopo Trevirensi omnia, quae habuit in Berncastel & Monervilla, vendidit &c. hist. Tr. dipl. T. I n. DLVII pag. 812.

(y) *Loretta* filiam Henrici de Castris uxorem ei tribuit *Reusnerus* in Genealogico Romano de familiis praecipuis &c. a. 1589. edito, pag. 530.

Vid. tabulam Comitum
de Luneville supra c. II.

✠ (170) ✠

Tab. III.

COMITVM DE CASTRIS AD BLESAM

GODEFRIDVS I, Dominus de Lunaevilla ab Hermanno Episcopo Me-
rensi, qui ab a. 1070. usque ad a. 1107. ecclesiae suae praefuit, Comitatu de
Castris ad Blesam ob bene merita investitus.

VX. IVDITHA

GODEFRIDVS II, Comes de Castris sac. XII ineunte usque ad a. 1127.
VX. MECHTILDIS, filia Conradi Comitis de Luxemburg.

FOLMARVS I, Comes de Castris occ. a. 1135 --- 1179. sq. beneficus erga
monasterium Bellipratense & Sturzelbronnense, interfuit a. 1172. confirma-
tioni fundationis coenobii Wernerivillani cum filiis *Folmaro & Hugone*.

FOLMARVS II, Comes de Castris HVGO occ. a. 1172 HENRICVS, Archid. Leodien-
occurrit inde ab a. 1200, quo --- 1201. VX. CV- sis, Epif. Viridunensis ab a.
año dona a patre in mon. Stur- NEGVDIS, filia 1180, publice renunciare
zelbr. collata confirmat, † an- haeres Folmari coactus 1186. vixit adhuc
te 1223. sepultus in coenobio de Luneville. Leodii 1188.
Wernerivillano. VX. IVTTA.

FRIDERICVS, Co- HENRICVS Comes de Castris occ. a. 1223-- MECHTILDIS,
mes de Castris 1237. beneficus erga monast. Wernerivil- Comitissa de
† ante 1223. lan. VX. AGNES, filia Eberhardi I. Comitis Castris occ. a.
Saynensis, occ. 1233 --- 1238. 1223.

JOHAN- ELISABETHA de Castris hae- LORETA, Mar. N. N. filia &c.
NES de res fundatrix mon. Grae- HENRICVS Co- Mar. Vlricus
Comes fenthal ad Blesam. mes de Salmis II. Dominus
de Ca- Mar. I *Bertboldus* Com. & post Renal- de Rappolt-
stris, † an- Salmensis, 1238. dum Comes de stein.
te añum 2) RENALDVS de Bitis, Frid. II Castris 1274. sq.
1238. Ducis Loth. filius, Comes
de Castris; occ. 1251-1274.

§. V.

Antequam ad §. V progredior, supplementum habeo, quod familiae Comitum de Castris scribam. Facit eius nobis copiam *Albericus* ad annum *cloclxviii*, quem locum supra quidem excitaveram, nescio tamen, quomodo factum sit, ut, quam haberet vim ad confirmandam & augendam demonstrationem nostram generis istius, oblitus, eumque haud denuo intuitus sim. En ipsa monachi, in describendis generum cognationibus diligentissimi, verba: *Quaedam autem nobilis Comitissa de Longwy, Ermonsendis nomine peperit Comitem Guillelmum de Lucemburg, patrem Conrardi & Ermonsendem Comitissam Namurcensem, uxorem Comitis Godefridi, & Mathildam Comitissam de Longwy & de Homberg & de Castris (1). Haec autem Mathildis Comiti de Castris (Godefrido II) peperit Comitem Folmerum (Folmarum I) & sororem eius Helvidem quam habuit Gerardus de Reneke dioecesis Herbipolensis (2) & illam, de qua Reneke de Brunsvic genuit filiam, quae in Slavia haereditavit (3). De Comite Folmero nati sunt Episcopus Viridunensis (Henricus) Hugo de Lignevilla & Folmarus (II) Comes de Castris. De isto Folmaro nati*

- 1) cf. *Koeleri* Diss. de fam. Aug. Lucemb. Tab. III, ex qua patet, maritum Ermonsendis de Longwy, patremque adeo Mechtildis de Castris fuisse Conradum I, Comitem Lucemburgicum.
- 2) Diversa haec familia Rienecciorum in Franconia fuit a Comitibus de Rhineck, castro ad Rhenum, ex profapia Lucemburgica.
- 3) Illustrando huic loco ipse *Albericus* opportunitatem faciem praefert ad a. *cloclxxxiiii* p. 400. cum de Henrico Leone Duce illo potentissimo narrat: *Ea quae in Sclavia acquisiverat, retinuit Dux Henricus, qui de Matilde sorore Regis Angliae Richardi tres filios habuit, Henricum Rbeni (Palatinum) Guilelmum & Ottonem, & de quadam concubina nobili filiam habuit, quae in Slavia haereditavit.* Apertum igitur, Henrici (corrupte Reneke) de Brunsvic, Leonis, concubinam fuisse Comitissam de Castris, primae eius coniugi, Clementiae Zaeringensi dein dimissae cognatam gradu secundo tertio. Filia vero Henrici Leonis ex Comitissa de Castris nupsit Henrico Borvino, Wendorum principi Megapolitano, eique castra Rostock, Mecklenburg, caeteramque in Slavia haereditatem attulit; cf. *Albertus* Stadenensis ad a. *cloclxiv*, *Arnoldus* Lubecensis lib. III Chron. Slav. c. 4. §. 5.

sunt Comes Henricus, qui de sorore Comitis Senoniensis (Henrici Saynensis) genuit filias, quarum una (Elisabetha) coniuncta Comiti Rainaldo (de Bitis, filio Friderici II Ducis Lotharingiae) fuit. Hugo Comes filius Folmari Comitis (I) genuit Folmaruum (de Luneville) & Conradum de Rista & Hugonem fratrem eius (4). De Comite autem Gerardo & Helvide de Reneke nati sunt Conradus primicerius Metensis & Comitissa Ermensendis, quae Ludovico Comiti de Loz Comitis Philippi filio peperit Comitem Gerbardum (5) & sorores eius, una mater Ducis Bavariae (6) & matris Lantgravii, alia Loreta Theobaldo de Brie (Barrensi Comiti huius nominis I) Agnetem Ducissam Lotharingiae matrem videlicet Theobaldi (I) & Mattkaei (II) Ducum, Rainaldi (de Bitis & coniugis Elisabethae de Castris) & Jacobi primicerii Metensis & eorundem sororum &c. Rainaldus igitur de Bitis, qui uxorem duxit Elisabetham filiam haeredem Henrici Comitis de Castris ultimi, huic ipsi ita cognatus fuit, ut quam habuit abaviam Helvidem de Castris uxorem Gerardi Rineccii, ea soror fuerit Folmari I de Castris, quem Elisabetha proavum agnoscit, adeoque quinto quarto gradu consanguinitatis eam attigerit.

- 4) Exenti adeo sunt scrupuli, quos supra p. 158. not (t) moveram, Hugo Folmari I. de Castris filius, ex Cunegunde haerede Lunevillana, procreavit Folmarum de Luneville, Conradum de Rista & Hugonem, ex quibus hi duo memorantur in charta illa Lutzelfteinii a. clcccxi data.
- 5) Huius Gerardi progeniem Albericus dein sic commemorat: Comes Gerardus de Loz de sorore Comitis de Gelra quatuor habuit filios Comitem Ludovicum, Gerardum de Reneke, Arnulphum & Henricum. De Gerardo de Reneke nati sunt Ludovicus & iste Comes Arnulphus de Loz, de Chifneio & soror una Comitum Mathildis peperit Imaginam, cuius filiae Elisabeth aliqua fuit proles. Quatuor isti Gerardi Loffensis filii occurrunt una cum sorore Ada in dipl. a. clcccxi apud ill. de Guderus Cod. Dipl. T. I. p. 423, ubi tamen Ludovicus Comes minus vere scribitur de Lon, cum is fuerit de Los. Sed de his forte alibi.
- 6) cf. Johannis in notis ad Parei hist. pal. p. 62, 63, ubi testimonio hoc nifus Ottonis I Wittelsbacensis, Ducis Bavariae coniugem Agnetem ex Comitibus Loffensibus oriundam fuisse emendatius existimat.

§. V.

I. Saraepontani Comites, quos iam inde a saeculi XII initio haereditario iure castra ac terras suas tenuisse, atque a castro suo primario nomen mutuatos esse novimus, praeter allodia atque beneficia in pago Sargoviae inferioris etiam in pago Blesensi quaedam praedia iuraque occuparunt. Otvilla enim, quondam castum *Blesset* vocatum, & novum monasterium ei contiguum, cuius advocatiam saec. XII habuisse Comites istos cognovimus, in pago Blesensi & quidem ad ipsius Blesae ripam sita sunt (z). Quum ab iisdem Comitibus originem traxerint Comites Geminipontis, in quorum familiam & possessiones inquirendum nobis est, duplici iure familiae veteris Saraepontanae origines enarrandae iam sunt, uti sic ipsis Comitibus Geminipontis eorumque Comitatu melior lux affundatur. Castro, quod iis nomen dedit, pons Saravi, seu, uti in Itinerario Antonini scribitur, *pons Sarvix*, a Romanis iam exstructus appellationem impertivit (a). Memoratur illud primum in monumentis saec. X. Quodsi enim *Meuriffio*, historico Metensi gravissimo, fidem habeas, Otto I Imp. Adalberoni I Episcopo Metensi secum in Italia agenti a. MCCCCLI castrum Sarbruck cum omnibus appendiciis

Z

ciis

(z) Vid. Origg. Bip. c. II §. IX p. 64. not. (l), coll. c. I. p. 18. not. h. & c. II §. V p. 54.

(a) Tabula Theodosiana habet: *Ponte Saravi*; vid. eam in *Schoepfii* Alf. ilb. T. I ad p. 149. Itinerarium vero Antonini: *pon- te Sarvix*; vid. rursus *Schoepfii* l. c. p. 616, 617. cf. *Speneri* notit. Germ. ant. p. 67. ibique not.

ciis dono dedit (b). Confirmavit eodem scriptore referente hanc donationem Henricus IV Imp. Adalberoni III Episcopo a. clcxlv (c). Firmavit eandem denūo Fridericus I Imp. Friderico Episcopo a. clcclxxi, hac lege, centum librarum auri poena sancita, ne castrum Sarbrucken ab ecclesia Metensi unquam abalienaretur, nisi id commodum postulare. Triplicem hanc donationem exponit quoque celeberr. *Anselmius* (d); primam vero ad a lccccxcix refert, quo anno d. xviii Kal. Maii Otto III Romae agens Adalberoni II castrum Sarbruck contulerit; caeteras vero eadem ratione narrat (e). At praeterquam, quod *Meurissius*, scriptor domesticus

- (b) Histoire des Evesques de Metz, in vita Adalberonis I p. 312. *L'an neuf cents cinquante & un, il fut en Italie avec l'Empereur Otton I. & estant à Rome cet Empereur luy fit don du bourg & du chasteau de Sarbruch & de toutes ses appartenances & dependances. Les lettres de cette donation expediées en tres bonne forme sont encove dans la Cbancellerie de Vic.*
- (c) l. c. in vita Adalberonis III 366. *Il ya une charte tres belle & tres importante dans la Cbancellerie de Vic, qui contient la donation, que l'Empereur Henri IV fit a cet Evesque Adelberon de la Comté de Sarbruch. Elle est datée du troisieme d'Avril mil soixante cinq.*
- (d) Idem in vita Friderici p. 423: *La mesme année de son election le second de devant les nones de Septembre, l'Empereur Frideric confirma les donations, que ses predecesseurs Empereurs avoient faites a l'Eglise de Metz de la Comté de Sarbruche, avec deffense expresse de l'aliener, si ce n'estoit pour quelque utilité notable de l'Evesché de Metz, sur peine de cent livres d'or, tres par moitié applicable a la Cbambre Imperiale, & l'autre moitié a la mesme Eglise de Metz.*
- (e) Histoire Genealogique & chronologique de la Maison de France

fticus, tabularium Episcopale in Vic ipse oculis Iustraverit, adeoque chartas veteres secutus fuisse videatur, consentit cum iis, quae exposuit, sententia a iudicio recuperatorio Metensi adversus Comites Nassovios Saraepontanos d. VIII Iulii clbclxxx quamvis iniuste lata, utpote in qua prima illa donatio a lccccli facta diligentius excitatur (f). Docet scilicet illa, Castrum Sarbruck, una cum saltu Wernest, Kierscheid & Foelcklingen cum omnibus locis, terris, redditibus

Z 2

iuri-

ce &c. Paris MDCCXII T. II p. 1325. l'Empereur Othon III etant a Rome en fit don le XVIII des Kal. de May 998. à Adalberon, Evêque de Metz avec plusieurs autres heritages, sur l'exposition, qu'il lui fit, qu'il recevoit & son Eglise plusieurs domages de ce chasteau, & l'Empereur Henry IV à la recommandation de l'Imperatrice Agnès sa Mete fit don du Comté à l'Eglise de Metz, & à l'Evêque par lettres données à Mayence le III des Nones d'Avril 1065, ce que l'Empereur Frideric premier confirma le II des Nones de Septembre 1171.

- (f) p. 3. Donation inserée au Registre des fiefs cotté 3. tiré de la chancellerie de l'Evesché de Metz, faite par Othon I Empereur a son Neveu Adalberon l'Evesque de Metz pour luy & son Eglise de Metz du Chasteau de Sarbruck forest de Verness Kierscheid & Falqueling avec tout le patrimoine, villes, terres, moulins, usuines, rentes, hommes, femmes & toutes les dependances pour les causes & consideration y mentionnées. Le dit Acte de l'an 951. Confirmation de la dite donation de l'année 1065, par Henry IV Empereur a l'Evesque Adalberon, pour luy, ses successeurs Evesques & son Eglise de Metz. Acte en parchemin scellé en datte du 6. Sept. 1171. par lequel Frideric Empereur confirme a Frideric Evesque de Metz la donation du Chasteau de Sarbruck, que les dits Othon & Henry ses predecesseurs avoient faite a la dite Eglise.

furibusque inde pendentibus tum temporis ab Othone I Adalberoni I collata fuisse. *Anselmum* secutus esse videtur *Calmetus*, quamvis id parum diligenter fecerit, cum anno MCCCXCIX donationem primam factam esse afferit (g). Quicquid eius sit, illud certum est, castrum Saraepontum fuisse beneficium ab ecclesia Metensi dependens, nihilque prorsus in illud iuris fuisse Ducibus Lotharingiae. Itaque graviter erravit *Ludolfus*, quando hos Comitatum Sargoviae, quem eundem fuisse putat cum Comitatu Saraepontano, tanquam sibi vicinum ad se traxisse, temere pronunciavit (h). Quod ad Comitatum Sargoviae inferioris a Castro Saraepontis separatum attinet, eum ab ipsis Regibus tanquam beneficium Comites tenuisse, statim videbimus. Possedisse praeterea Comites hos praedia & allodia, eaque dein cum beneficiis coniuncta in unam ditionem coaluisse, nemo erit, qui dubitet.

2. Antiquissimis monumentis, quae ad Sargoviam inferiorem, terrasque, quae dein Saraepontanorum Comitum ditioni subiecta fuere, spectant, legendis redimus in memoriam Sigeberti, Comitis, cui Henricus IV Imperator anno MCLXXX villam regiam Wadegozzingen (i) in pago Sargoviae

(g) Hist. de Lorraine T. III p. 198. not. e.

(h) cf. Orig. Bip. prolus. p. 9. & 10. n. 2.

(i) *Wadegociam* villam, vulg. Wadegassen, subfuisse antea regio fisco, non solum probant huius donationis litterae, sed Ludovici etiam infantis, Regis Germaniae charta, qua Trevirensi ecclesiae iura Comitatus restituit, a. MCCCII data, cuius finis est: *Actum in villa Wadegozzinga &c.* Vid. hanc in *Hontberii Hist. Tr. T.* I, n. CXXXIII, p. 253.

viae inferioris & ipsius Sigeberti Comitatu sitam donavit (k).
Iam cum anno saeculi XII tricesimo quinto Gisela, Comitissae
Friderici de Sarbrucken vidua, una cum filio suo Simone,
patrimonium suum in Wadegocia monasterio condendo con-
secraverit: quivis videt, Sigebertum, qui villam hanc pri-
mus propriam habuit, inter maiores Comitum Saraepontis
esse referendum. Neque vero haec sola est causa, cur Si-
gebertum istum satorem familiae Comitum Saraepontanorum
veterum, quae saec. XII & XIII floruit, fuisse affirmemus.
Habemus enim praeterea testimonium Chronographi Lauris-
hamensis (l) quod simul fratrem filiumque Sigeberti I. Sigehardi (m) detegit, fratrem scilicet Wintherum, Abbatem Laurishamensem, filiumque Adelbertum I, Archiepiscopum Moguntinum. Ita vero ille: *Wintherus si quidem non pastor, sed lupus, sive electione sive intrusione succedens, Sigehardi videlicet Comitissae frater, & opinati illius Adelberti Moguntinae sedis Archiepiscopi patruus, nobilitatis suae fastu insolenter abuti coepit, & initio dolum villam, imo regalis munificentiae cu-*

Z 3

riam

(k) Tabulam donationis vide in deductione Nassovica: Genuina ac solida facti species in *Sachen des Closters Badgassen*, contra *Herrn Graven zu Nassau Saarbrücken &c. Beilagen n. 1, Ludolffi symphoremate consuett. & decif. forens. Vol. I n. XLVI p. 1432. Hontbemi Hist. Trev. T. I n. CCXXXII p. 439. Calmeti Hist. Loth. T. III probb. p. XXVIII, & denuo T. V p. CXXVII. Ab hoc Sigeberto iam in Spec. I Geneal. Com. Geminipontis a. ccccLIII edito cum *Anselmo & Ioanne* genus Saraepontanum deduximus.*

(l) In *Freberi* scriptis. *Rer. Germ. edit. Struv. T. I, p. 133.*

(m) Sigebertus & Sigehardus promiscua sunt nomina. Loquitur enim scriptor de Comite Saraepontano, quem Sigebertum appellat *Henricus IV Imperator.*

riam Brumat (n) medullam scilicet Laurishamensis ecclesiae & ter-

(n) Villa haec inde ab Arnolfo Imp. varias perpessa est vicissitudines. Is primum teste *Chron. Laurisham.* in *Freberi* scriptt. *Rer. Germ.* T. I p. 115. & *Helwichio* in *Antiqq. Laurish.* in *Johannis* scriptt. *Mogunt.* T. III p. 33. *fiscum proprii iuris sui nominatum Bruochmagat in Elisatia, ad S. Nazarium donavit.* Neque vero haec donatio totum villae ambitum complectebatur. Bruno enim, qui Abbatiae Laurishamensi ab a. *lccccxxxviii* usque ad ann. *lccccxlix* praefuit, ac dein Archiepiscopatum Coloniensem adeptus est, *XXX hobas in villis Brunagad* (lege *Brumagad*) *in pago Elisaza sitis, a fratre suo Othone Imperatore S. Nazario dari expetivit;* vid. *Helwichius* l. c. p. 41. Brunonis successor *Gerbodo* dein *Ecclesiam satis decoram in suprascripto loco Bruomat -- extruxit;* idem l. c. p. 42. Atque quod ill. *Schoepflinus* *Alf. ill.* T. I. p. 710. ex duobus diplomatibus apud *Herrgott.* *Cod.* probat. *Geneal. Habsb.* n. 142. & 151. ab ipsis *Imp. Otone II & III* datis a. *lccccxxiii* & *lccccxcvii*, qui *Pruomad* inter *Alsaticas Guntramni* divitis, *Comitis* possessiones recensent, collegit, villam *Brumat* ab *Laurishamensibus* ad saeculum rediisse, negamus. Potuit quidem *Guntramnus* Comes praedium quoddam ad villam istam spectans habere. Sed monasterium *Laurishamense* sua in illam conservasse iura, patet primum ex *Otonis III* praecepto, quo *Wernhero* Abbati circa a. *lccccxcvii* monestam in *Brumogad* in pago *Helisaze* sito contulit (*Helwichius* l. c. p. 47.) dein ex narratione *Chronographi Laurish.* de *Winthero* nostro, qui villam, imo regalis munificentiae curiam *Brumat* in *Alsatia* sitam fratri suo *Sigeberto Saraepontano* beneficiaria lege concessit. Neque tum quidem diu ab Abbatia avulsam mansit, sed *Wintheri* successor *Anselmus* Abbat *fiscos regales, quos Wintherus & alii Laicorum ditioni & usui subiecerant, ecclesiae fratrumque servitio restituit, scilicet Bruomat &c.*

Im-

terram agri pleni, quam benedixit Dominus, praedicto fratri suo inbeneficiavit &c. Atque Wintherum istum fratrem Sigeberti Comitis expresse vocat *Helwichius*, scriptor Antiquitatum Laurishamensium (o), Comites Saraepontanos: *Wintherus*, inquit, *Comes Saraepontanus, Adelberti I Archiepiscopi Moguntini patrius, Sigebardi Comitis frater successit a. clolxxviii* Wintherus idem deinde circa a. clolxxxvii ab Henrico IV Imp. Episcopus Wormatiensis constitutus est adversus Adalbertum Episcopum (p). *Tenuit autem, referente Helwichio, Episcopatum annis III, Abbatiam annis XI.* Abdicavit se scilicet utraque dignitate, & in Hirsaugiense monasterium concessit, in quo brevi post rebus humanis excessit. Habemus igitur iam fratrem Sigeberti, & ex filiis unum, Adalbertum scilicet Archiepiscopum Moguntinum, qui nos in notitiam caeterorum filiorum inducet. Vnde vero Sigebertus, de quo tanquam auctore gentis Saraepontanae disputamus, originem traxerit, obscurum est. Coniecimus supra (q), eum
ab

Imperatoriae Maieftatis patrocinante Clementia. Despoliatos se rursus villis Bruomat aliisque sub Abbate Gebhardo Episcopo Spirensi in milites collatis, conquerunter fratres Laurishamenses .n epistola ad Papam Paschalem II & Regem Henricum V, quam vide in *Helwichii Antiqq.* l. c. p. 76. Videtur tamen de novo Bruomad Laurishamensibus restitutum fuisse, cum posthaec Benno abbas, qui ab a. clcix usque ad a. xv ecclesiae huic praefuit, iterum *praeter caetera Brumad ab ecclesia sub nomine beneficii alienavit.* Idem l. c. p. 80.

(o) in *Johannis* scriptt. Mog. T. III p. 64.

(p) cf. *Schannat* hist. Worm. p. 347. & *Helwichium* l. c.

(q) c. II §. IX. p. 64 & 68.

ab antiquis Comitibus pagorum Sargoviae, Blesensis, Arduennensis & Trevirorum descendere, qua tamen ratione hoc existimandum sit, an per masculos aut feminas ab iis descendat, tum quidem clare exponere haud potuimus. Nunc vero postquam consideravimus, primum familiam Alsaticam, ex qua oriundi fuisse dicuntur Duces Lotharingiae, plurima dominia & praedia in Sargoviae & ea Lotharingiae parte, quae Germanica audit, habuisse, ut Dominium de Bitis, Bosonis villam Abbatia ab Adelberto I Duce fundata claram, Dominium de Siersberg, (castro Sigeberti) Dominium Walderfingae &c. [r]; dein nomina Adelbertorum, Simonum, Brunonis &c. quae Saraepontanis familiaria sunt, convenire cum iis, quae in familia Alsatica & Lotharingica

oc-

(r) *Calmet Hist de Lorraine edit. poster. T. II L. XX §. IX p. 217. haec recte docet: Adelbert, fondateur de Bouzonville, avoit ses biens principalement dans l'Alsace, dans la Lorraine Allemande & dans le Pays de Treves. On en iuge par les fondations & donations qu'il a faites aux Eglises de Bouzonville & de S. Matthias de Treves. On en iuge par celles d'Adalberon son neveu, Grand prevot de S. Paulin de Treves, & par celles de l'Empereur Conrad le Salique, son autre neveu. cf. Honthemii Hist. Tr. T. I n. ccxxxii & seq. p. 370 -- 371. Speciatim magis Calmetus l. c. T. II Dissert. du Comté & des Comtes de Bitche p. XXXIX. La Maison d'Alsace -- s'etendit principalement dans le Sargau & dans la Lorraine Allemande. Elle y posseda plusieurs terres, comme celles de Bitche, de Castres, de Bouzonville, de Siersberg, & Vaudevrange &c. Elley fonda les Abbayes de Stultzbronn, pres la Ville de Bitche, & celle de Bouzonville, pres Vaudevrange, aujourd'hui Sarrelouis.*

occurrunt (s); tum Sigebertum quendam, qui circa annum clocclxi occurrit, eam ab causam a *Calmeto* adscribi Simoni I Lotharingiae Duci tanquam filium, quod vocetur Sigebertus de Alfatia, quamvis apud omnes Genealogiarum Lotharingicae familiae conditores inter filios Simonis I exulet, Sigebertum vero nostrum, Sargoviae Comitem s. Saraepontanum, filium reliquisse Sigebertum, qui etiam filium cognominem habuit, in quem melius ea, quae *Calmetus* de Sigeberto suo narrat, cadere videntur (t); post Odelricum filium Gerardi II Comitis & Giselaë fratremque Adelberti Ducis & Gerardi III de Alfatia, primi haereditarii Ducis Lotharingiae, liberalitatem exercuisse erga ecclesiam Adventinam, hoc est, novum monasterium prope Otwillam olim ab Adventio, Metensi Episcopo fundatum, ideoque ecclesiae Ad-

A a

ven-

-
- (s) Exempla ut adducam, Adelberti nomen fuit fundatori Abbatiae Bosonisvillae ejusque ex filio Gerardo nepoti. Bruno Episcopus Tullensis, dein, cum pontifex summus factus est, Leonis IX nomen adeptus, patrem habuit Hugonem, ex familia Alfatia oriundum, patruelem Adelberti fundatoris Bosonisvillae. Occurrit praeter eum Bruno Decanus ecclesiae Tullensis, frater Simonis I vel II Ducis, vide *Calmet* T. II Errata & corrections du I Tome, ad p. CCXXI. Habemus inter ipsos Lotharingiae Duces Simonem I & II, Fridericos plures &c. Sic in tabula genearchica veterum Comitum Saraepontanorum obvii sunt Adelbertus I & II, Archiepiscopi Moguntini, Bruno Episcopus Spirensis, Fridericus Comes & plures Simones &c.
- (t) Vide *Calmeti* hist. Loth. T. I Dissertt. Genealogie des Ducs de Lorraine p. CCXXIII & sq. & Tom. III additions & corrections des tomes I, II & III p. III.

ventinae appellatione insignitum (u) ; tandem Sigebertum nostrum eiusque nepotem Simonem beneficia in Alfatia possedisse, illum curiam Brumpt ab Abbate Laurishamensi, hunc curtem Schwinderatesheim ab Episcopo Spirensi (v), quod quidem opportunitatem ad ea capienda in vicinis praediis ab ipso possessis quaerendam indicare mihi videtur ; postquam haec omnia, inquam, consideravimus, iis coniunctis haud mediocrem vim ad natales Sigeberti, Comitis Sargoviae s. Saraepontani in familia Comitum Alfatiorum, dein Ducum Lotharingiae, quos veterum Comitum Sargoviae & Arduennensium allodiis auctos fuisse videmus, quaerendos inesse arbitrati sumus. Forte huic coniecturae aliquam lucem accedere iudicabunt lectores ex ulteriori generis Saraepontani deductione. Quum vero diploma donationis ab Henrico III Imp. Sigeberto I, satori familiae Comitum veterum Saraepontanorum, factae supra laudatum sit quasi basis totius demonstrationis, haud incommodum videtur, illud hic repetere : *In nomine sancte & individue Trinitatis. Henricus divina favente clementia Rex : Notum sit omnibus fidelibus tam presentibus, quam futuris, qualiter nos interventu dilectissime comit-*

(u) Calmet T. II L. XX §. 10. p. 218. sq. not. 9. *Ego Odelricus -- dedi Adventinae ecclesiae, assensu Germani mei Ducis, duos mansos indominicatos de pertinentiis de Nanceio -- an. 1067.* Ignorat Calmetus, ubi fuerit Adventina ecclesia. Est vero illa novum monasterium ab Adventio Episcopo fundatum, cf. Origg. c. 1 p. 18. not. h. & c. II §. V p. 54.

(v) Vide litteras Guntheri Episcopi Spirensis a. 1042 datis in *Gudenii Syll. dipl. chart. Schwartzacense n. VII p. 460. sq.*

coniugis nostre Berte, rogatu fidelis nostri Conradi Traiectensis sedis Episcopi & Ducis Theoderici ceterorumque fidelium nostrorum cuidam nostro fideli nomine Sigeberto, villam nomine Wadegozingen sitam in pago Saregauve & in Comitatu eiusdem Sigeberti cum omnibus appenditiis hoc est, utriusque sexus mancipiis, areis, edificiis, agris, pratis, pascuis, terris cultis & incultis, aquis, aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, sylvis, venationibus, exitibus & redditibus, viis & inviis, quesitis & inquirendis cum omni utilitate, que ullo modo inde provenire poterit, in proprium tradidimus, ea videlicet ratione, ut idem Sigebertus de predicto predio liberam deinceps habeat potestatem possidendi, tradendi, commutandi, precariandi, vendendi, vel quidquid sibi inde placuerit faciendi. Et ut hec nostre traditionis autoritas stabilis & inconvulsa omni evo permaneat, hanc chartam inde conscriptam manu propria, ut infra videtur, roborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Signum Domini Henrici Quarti Regis. Data anno Dominice incarnationis MLXXX Indictione III. Anno autem ordinationis Dni Henrici quarti Regis XXVII, regni vero XXVI. Actum Moguncie, in Christi nomine feliciter, Amen.

3. Sigeberti, quem I huius nominis vocamus, filium Adelbertum fuisse, supra cognovimus, de quo Otto Frisingensis ad a. clocix (w) refert haec: Adelbertus natione Lotharingus, qui postmodum factus est Moguntiae Archiepiscopus, tunc vero Regis Cancellarius, & primus inter primos eius praecordialis consiliarius. Non solum vero, ut cum Annalibus Hildeheimensibus loquar, Adelbertus omnium Cancellariorum, qui

A a 2

an-

(w) L. VII c. XIV in *Vr̄stifi* scriptt. Rer. Germ. T. I, p. 147.

ante eum fuerunt, celeberrimus extitit, sed dignitatibus iam antea in ecclesia ornatus fuit. Neohusii enim prope Wormatiam eum ad praepositi honores evectum fuisse, discimus ex diplomate quodam Adelberti, Wormatiensis Episcopi, de a. clcvi apud Monachum Kirschgartenem, antequam Ruthardo praefuli Moguntino suffectus cathedram hanc primariam ascendit. De rebus eius gestis in ecclesia & republica, & qua praesertim ratione Henrici V Imp. ex amicissimo factus inimicissimus, in captivitatem tristissimam eam ob causam abductus, ex eadem vero liberatus fuerit, nos narrare superfedemus; cum id nec sit huius loci, & diligentissime factum sit a Serrario, scriptore rerum Moguntiacarum, eiusque commentatore Johanne (x). Obiit is a. clcxxxvii, & IX Kal. Aug. in Erbacensi monasterio suo sepulturae locum invenit. Ipse vero Adelbertus in charta quadam eccl. collegiatae Moguntinae S. Petri (y) a. clcxxiv scripta fratres suos, filiosque adeo caeteros Sigeberti I cognitos nobis reddit. Inter testes enim, quorum nomina illi subscripta fuerunt, occurrunt *Domínus Bruno, frater noster, Spirensis Episcopus -- Advocatus eiusdem ecclesiae frater noster Fridericus.* Erravit igitur Phil. Simonis in vita huius Brunonis graviter, cum eum ex Comitibus de Wirtemberg ortum fuisse dicit (z). Fuit vero Bruno primum Abbas Limburgensis, dein a. clcix Gerhardo, Episcopo Spirensi successor datus est. Praefuit igitur ecclesiae Spirensi qua-

(x) L. V, T. I Scriptt. Mog. p. 533 -- 550.

(y) T. II Scriptt. Mog. p. 464.

(z) Beschreibung aller Bischöffen zu Speyr, MDCIX. p. 62.

quatuordecim certe annos, quod contra eundem scriptorem notandum est, qui eum iam a. xxiii mortuum esse vult (a). Alter Adelberti I frater fuit Fridericus, Comes & Advocatus ecclesiae collegiatae S. Petri. Eundem tanquam Advocatum ecclesiae S. Victoris in Moguntia sistit nobis alia Adelberti I charta a. clocxxii data (b). Fuisse autem Sigeberto I praeter hos tres filium Sigebertum, persuadet nobis privilegium illud Moguntinum prius, gratiani Adalberti I erga cives Moguntinos monumentum anni clocxx & qui excedit (c), in cuius testibus leguntur *Sigbret & Friderich Comites de Sarbrucken*, Sigebertus igitur natu maior Friderico fratre fuisse videtur (d).

Fri-

(a) Idem l. c. p. 66.

(b) T. II Scriptt. Mog. p. 580.

(c) in ill. *Gudem* Cod. Dipl. Mog. T. I n. xlv, p. 119.

(d) Doct. quidem *Johannis* in schemate generis Saraepontani, quod scriptt. Mog. T. I. p. 533. & curis posterioribus in *Parei Hist. Palat. in Misc. Hist. pal. cum maxime Bipontinae* p. 244. inferuit, Sigebertum hunc Comitem de Sarbrucken, quem nos Friderici fratrem fuisse existimamus, eundem putat cum Sigeberto I patre, Comite illo Sargoviae, qui a. cblxxx occurrit. At minus ei adstipulari possumus, cum intervallum, quod hunc annum, & eum, in quem privilegium Moguntinum incidit, sit nimis longum, atque Fridericus ipse, si Sigebertus pater intelligendus esset, nondum Comitis Saraepontani titulo ornatus fuisset. Legeremus tum: *Sigbret Comes de Sarbrucken & filius eius Fridericus*. A. clocxxvi occurrit inter testes chartae cuiusdam Stephani Metensis Episcopi Metis datae apud *Meurissium* hist. des Eveques de Metz p. 403. *Fridericus Comes de Sarbruche*. Qui vero inter diplomatis ampissimi illius ab Adelber-

4. Fridericum Comitem a. clocxxxix Lothario I Regi Wormatiae adfuisse cognovimus ex quadam huius charta, hoc anno data, cui inter principes laicos, qui interfuerunt, etiam subscripsit: *Fridericus Comes de Sarbrugge*. Neque postea in litteris monumentisque occurrit, sed ante annum certe clocxxxv vitam cum morte commutavit, relicta uxore vidua Gifela, de qua §. VI amplius disputabitur. Hoc enim anno Albero, Trevirorum Archiepiscopus, fundationem monasterii Wadegociensis a Gifela Comitissa vidua ex praescripto mariti sui Friderici Comitis factam litteris mandavit (e), ex quibus haec memoratu digna nobis sunt; *I. N. S. E. I. T. Albero Dei gratia sancte Trevirensis ecclesie archiepiscopus -- Vnde ad omnium -- notitiam pervenire volumus, qualiter Domina Gifela Comitissae Friderici de Sarbrucken vidua, una cum filio suo Simone, omne patrimonium, quod habuerunt in Wadgassen (f) exceptis ministerialibus solis pro remedio anime suae & parentum suorum secundum votum atque ordinationem viri sui, predicti Comitis, beato Petro in nostra presentia cum omnibus appendiciis & tam integra libertate contradidit, ut nec advocatiam nec cuiusque iuris potentiam sibi vel cuique heredum suorum retinuerit (g) -- Acta Treviris anno dominice incarnationis*

to I Archiep Mog. in gratiam Disibodenbergenfium scripti testes eosque Comites obvius est *Sigibracht*, idem esse videtur cum Sigeberto II, Friderici fratre cf. de *Gudemus* Cod. dipl. T. I, p. 75.

- (e) Diploma hoc habent *Ludolfus* l. c. & *Hontbemi* hist. Trev. T. I, p. 525.
- (f) Allodium erat Comitum ex donatione Henrici III Imp. Sigeberto I facta, cuius instrumentum supra communicavimus.
- (g) Quem in locum infra in huius sectionis fine commentabimur.

tionis millesimo centesimo XXXV^o. indictione XIII regnante Lothario tertio gloriosissimo Imperatore, anno regni sui decimo, Imperii autem tertio. Pontificatus vero nostri quarto,

5. Foundationem hanc monasterii Wadegociensis, caeterasque, quas idem fecerat, acquisitiones confirmarunt Eugenius III pontifex a. clōclii & Alexander III a. clōclxxviii, ex quorum tabulis (h) eos cognoscere licet, a quibus monasterium partim per modum donationis, partim iure emtionis venditionis bona acquisivit, ante annum prionis confirmationis & post illum usque ad an. clōclxxix. Ex priori haec adnotasse sufficiat: *Eugenius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Wolframō Abbati ecclesiae sancte Mariae de Wadegozingen eiusque fratribus --- In quibus (bonis) haec propriis duximus vocabulis annotanda: Allodium, quod vocatur Wadegozingen, in quo ipsa ecclesia sita est, quod nobilis mulier Gisela relicta Comitis Friderici de Saarbrucken, consentiente Simone filio suo --- in liberum vobis absolutumque concessit ---- In Burgalba Allodium quod fuit Comitis Sigeberti in aquis, sylvis & pratis --- Datum Sigine --- VI Kalend. Iunii indict. XI. Incarnationis dominice anno MCLII Pontificatus vero domini Eugenii P. P. III anno VIII. Eiusdem allodii Sigeberti Comitis mentio fit in altera confirmatione an. clōclxxviii. Nescio vero, qua ratione nifus Honthemius in hac Comiti Sigeberto cognomentum adiecerit de Alsatia; neque tamen dubito, virum fide quoque in historiis venerabilem usum forte esse exemplo maiorem auctoritatem habente, quam Ludolfiano illo. Adiiicitur praeterea in nova confirmatione in Curberen Allodium,*

(h) Vide eas apud Ludolfum l. c. & Honthemium l. c. p. 564 & 606.

diū, quod habetis a Comite Sigeberto & a filio eius Sigeberto, & huius filio Sigeberto, cum decimis & omni iustitia. Nisi hi sint Sigeberti I posterī, nescio profecto, ad quam familiam referri queant. Sigebertus enim I Comes Sargoviae inferioris filium habuit Sigebertum II, qui nobis, quod antea vidimus, cum fratre Friderico, Comite de Sarbrucken, circa a. clocxxii obvius fuit. Recurrit in charta quadam Adelberti II Saraepontani, Archiepiscopi Moguntini a. clocxxxxi (i) inter testes *Sigebertus Comes*, quem eundem cum Sigeberto III huius nominis existimamus. Atque ab illo eiusque filio, Sigeberto III & nepote, Sigeberto IIII, monasterium Wadegotiense a. clocxxxv excitatum recipere potuit allodium in Curberen. Sigeberto credo IIII monasterium debebat allodium in Burgalbe, quod ad Saram infra Siersbergiam arcem situm est. Sigebertorum uni alterive, nescio an I, Comiti Sargoviae, aut II eius filio, originem & appellationem castrum Sigeberti, Siersberg, ad confluentes Nidae & Saravi in Sargovia inferiore, debet (k). Atque hoc castrum cum dominio independente beneficium Ducis Lotharingiae ad hunc tanquam dominum directum rediit, anno certe clocLxxii iam in eius potestate fuit. Quum enim eo tempore Matthaei Ducis filius alter Fridericus Arnoldum Archiepiscopum Trevirensē bello aggressurus esset, ab hoc ille magnis viribus in castro Sigerberch obsessus & ad has pacis condiciones coactus fuit, ut huius castri proprietatem cum ad-

(i) Quam vide in *Gudeni* C. D. M. Tom. I, n. XLVIII p. 129 -- 130.

(k) Conf. supra cap. I p. 15. not (a) & c. IV p. 164. not (m).

adhaerentibus ei censibus ecclesiae Trevirensi cederet (l). Rediit tamen postea idem castrum ad Lotharingos, & quidem, si *Honthemium* (m) audias, feudi Trevirensis titulo. Matthaes I, Lotharingiae Duce, a. clcclxxvi defuncto, Fridericus, filius natus minor, dominio Bitensi, quod ipsi assignatum erat, parum contentus, ditionem suam amplificare studuit, nec prius fratrem Simonem armis laceffere destitit, quam is, pace a. clcclxxix facta, ipsi complura beneficia adiceret, interque ea etiam feudum, quod fuerat Sigeberti Comitis. Ita nimirum rem narrat *Calmetus* (n): *Les conditions du traité furent, que Frideric jouiroit du fief d'Ormes du Chateau de Gerbeviller, du fief du Comte Seibert, de la Cour de Chancey, & de tout cequi appartenoit au Duc Simon depuis Metz jusqu'à Treves, & du fief de l'Archevêque apres le fief du Comte de Sarbruch, qui appartenoit au Duché & apres l'hommage du Comte Robert leur Oncle sauf les redevances & gardes des nobles, le droit & la justice du Duché, & apres l'hommage du Comté, des Clercs, & des autres Seigneurs demeurans proche le Rhin.* Quum igitur inde ab an. clcclxxii nullus Sigebertus in Sargovia dominusque Siersbergensis castris superstes fuerit: quaeri possit, an gens Sigebertina plane extincta sit, aut alibi terrarum sedem fortunasque suas locaverit. Ego quidem arbitror, Sigebertos nostros ex Alsatia oriundos patriam repetiisse, in eaque ampliora beneficia illorum,

B b

quae

(l) Traduntur haec in gestis Trevir. c. XCII in *Honthemii* prodr. hist. Tr. p. 785.

(m) Consulatur is in prodr. Hist. Tr. p. 504.

(n) Hist. de Lorraine Tom. II, L. XXII §. Vp. 532.

quae in Sargovia inferiore habuerant, loco consecutos familiam Comitum Franckenburgensium & Werdanorum, deia Comitum sive Landgravium inferioris Alsatiae propagasse (o). Siersbergense vero castrum saeculo XII exeunte, quod Lotharingiae Duces tanquam beneficium Trevirensis tenuisse feruntur, ab iis collatum fuisse videtur nobilibus, qui inde nomen Dominorum de Siersberg fortiti sunt. Quo minus enim novam hanc Siersbergensem familiam a Sigebertis descendere (p) credam, impedit me Lotharingica castri ipsius possessio, quae Sigebertorum imperium & dominorum de Siersberg primordia intercedit. Anno scilicet saeculi XII octogesimo primo primus, qui Siersbergii dynastae titulum gessit, mihi sese obtulit, Arnolphus de Siersberg (r). Ab illo mihi secundus occurrit Johannes de Sigerberg s. Siberg cum uxore Mechtilde filiisque Johanne & Arnolde a. clxxxii (s).

-
- (o) De illustrissimo hoc genere, familiae Alsatiae propagine, confulas cel. *Obrechtum* in prodr. Rer. Alf p. 279. sq. *Pfessingerum* in *Vitr. illustr. T. II* p. 619. sq. & *la Guillum* hist. d'Alsace P. I, p. 224, 225, 298, 299. & probb. Reperiuntur vero in his Comitibus Sigebertus I, Comes de Franckenburg s. de Werda ad an. clxvi, Sigebertus II Comes de Franckenburg s. de Werda ad a. clxxxvi --- clxxxix & Comes Alsatiae ad ann. clxxxvi, Sigebertus III Comes de Werda & Landgravius Alsatiae ad a. clxv --- clxix, inter cuius filios ex priori matrimonio natos occurrit etiam Sigebertus ad a. clxxx sq.
- (p) Quod supra cap. I p. 151, not. & c. IV §. III p. 144. not. (in), re nondum curatius examinata, mihi persuaseram.
- (r) Apud *Hontberium* hist. Trev. T. I, n. ccccxxiii p. 610.

(s). Atque hi sunt illi ipsi, quos supra Henrici de Kirckel ex sorore nepotes & haeredes fuisse demonstravimus (t). quorum etiam natu maior titulo de Sigersberg appellationem de Kirckel adiecit familiaeque Kirckelensis anno XIV exeunte extinctae auctor censendus est. Sed redeo tandem ad Sarapontanos nostros.

6. Friderici Comitis de Sarbrucken ex Gisela coniuge filium litterae foundationis monasterii Wadegociensis & con-

B b 2

fir.

(s) Vide eius tabulam de allodio Opphane cum omnibus attinentiis infra Rhenum & ultra Rhenum Bertoldo Abbati Schonauigiensi pro CCLXX libris denariorum Metensium venditae, in *Gudem* Syll. dipl. Cod. dipl. Schonaug, n. LXXIX, p. 179; cf. ibidem n. LXXX, p. 181. & LXXXIV, p. 107.

(t) cf. supra §. III n. 3. p. 144. sq. Johannes igitur Siersbergenſie dynaſta, quem *Calmetus* hilt. de Lorr. T. I, Diſſ. p. CCXXIII a. ccccxxxvi vocat Monſeigneur Jean de Seiberg, refert, duas habuit uxores, primam quidem Sarwerdenſem, ex qua genuit Johannem & Arnoldum, haeredes avunculi ſui Henrici Kirckelentiſis a. ccccxxxii demortui, alteram vero Mechtildem quam Deciſiſ Comitiſ Gerhardi ſororem fuiſſe, atque Johanni Siersbergenſi filium Jacobum peperiffſe cognovi ex eius litteris, quibus renunciare ſe bonis apud Vdenheim a fratre Comite monaſterio Wernerivillano partim venditiſ partim donatiſ profiteretur, a. cccclxvi datiſ: *Nos Mechtildis relicta Joannis de Sigersberg -- de bonis apud Vdenheim & ſuis pertinenciis, que pie memorie Gerhardus Comes de Dieſſche frater meus vendidit & donavit -- cuius rei teſtes ſunt Chriſtianus Abbas & Bertramus puer de Werneswilre Jacobus filius meus. Actum & datum apud Bopardiam feria ſexta ante vincula Petri D. MCCLXVI.* Atque haec ad ſupplenda ea, quae ſupra de Siersbergiſ Dynaſtiſ attuli, dicta ſunto.

firmationum significant fuisse Simonem Comitem. Fuit vero ipsi praeter hunc filius Adelbertus II Archiepiscopus Moguntinus. Ita enim *Dodechinus*, Abbas Disibodenbergensis (u) ad a. clōcxxxix: *Moguntiae Adelbertus, defuncti Archiepiscopi ex fratre nepos, communi cum consensu, data a Rege praeceptione designatus est.* Otto pariter *Frisingensis* Albertum hunc II prioris *Alberti fratrualem*, h. e. *fratris filium* vocat. Fuerat is antea primum D. Petri, dein aliquo etiam tempore D. Stephani Moguntiae, post autem ad D. Virginem Erfurti praepositus (v). Haud diu vero ecclesiae Moguntinae praefuit, sed praematura morte abreptus est in vigilia s. Johannis a. clōcxxxxi, tertio pontificatus sui anno (w). Reliquit etiam Fridericus Comes Saraepontanus filiam Agnetem, Friderici II coclitis, Ducis Sueviae coniugem alteram, cuius memoriam nobis conservavit *Otto Frisingensis* (x): *Fridericus Dux mortua uxore sua Iuditha, dissensionis tempore, Friderici Comitis de Sarbur, fratris Alberti Episcopi Moguntini, filiam Agnetem in uxorem duxit ab eaque Conradum, qui Palatinus Comes nunc Rheni esse noscitur, & Claritiam Ludovici Thuringiae Comitis uxorem accepit.* Facta igitur est haec nuptiarum celebratio ante a. clōcxxxv; quippe quo & dissensio inter fratres Stauffenses & Imp. Lotharium sopita fuit, & Fridericus Dux secundae confirmationi privilegiorum Moguntinorum

-
- (u) in Append. ad Marianum Scotum in *Pistorii scriptt.* Germ. edit. *Struv.* Tom. I ad h. a.
 (v) cf. *Gudenus* in Cod. dipt. Mog. T. I. p. 121. in nota.
 (w) idem l. c. p. 130.
 (x) De gestis Frid. I Imp. cap. XXI in *Vrslisi scriptt.* T. I p. 413.

rum ab Adelberto I Archiepiscopo factae interfuit. Audiamus iam rursus *Ottonem Frisingensem* de Friderico II Duce, a. clocxxxix: *Itaque Fridericus Dux Moguntiam, quae tunc pastore suo orbata vocabatur, venit; omnesque tam clericos, quam laicos ad hoc, ut Adelbertum iuniorem uxoris suae, quam secundo acceperat, fratrem eligerent, induxit, Principe (Conrado Rege ac fratre) ad hoc corroborandum ascito (y). Accedit hisce praeclearum Couradi Vrspergensis (z) testimonium, quod primum nobis persuasit, ut stirpem Comitum Saraepontis & Geminipontis eandem faceremus: Habebat autem dictus Imperator (Fridericus I) fratrem Conradum nomine, ex parte patris. Nam pater ipsius, mortua Iuditha matre ipsius Imperatoris, duxit aliam uxorem de genere Comitum illorum, qui dicebantur de Zwainbruck & de Sarbruck, ex qua genuit praefatum Cunradum & filiam quandam, quam duxit in uxorem Langravium de Thuringia, & ex ea genuit illum Langravium, qui postmodum proximae consanguinitatis immemor, Philippo Regi rebellavit. Imperator itaque praedictum Cunradum fratrem suum Palatinum Rheni effecit. Haec ideo aliquantulum diffusius scripsimus, ut pateat, quomodo nobilissimi Principes Alemanniae, proxima linea consanguinitatis Imperatori adhaerebant. Colligo ex testimonio hoc gravissimo, primum genus Comitum Saraepontanorum in illustrissimis principum familiis habitum fuisse, quae quidem illius nobilitas ex origine ad stirpem familiae Alfato Lotharingae relata apprime intelligi potest; dein*

B b 3

Co

(y) De gestis Frid. I Imp. c. XXII l. c. 418.

(z) in Chron. p. CCXCVI edit. MDXXXVII.

Comites Geminipontis & Saraepontis ab eadem stirpe processisse. Nondum quidem eo tempore, quo Agnes nupsit Friderico coeliti, nomen Geminipontis usurpatum alibi invenitur; sed Urspergensis Abbas, qui saeculo XII, quo stirps Saraepontana in duo genera iamdum abierat, scripsit, cum genus Agnetis nostrae significare voluit, factam demum postea divisionem generis praeoccupasse censendus est. Dubium vero esse non potest, per Agnetem Saraepontanam seu Bipontinam Friderici Sueviae Ducis dominium terris praediisque auctum fuisse, atque adeo eorum haereditatem existisse Conradum Palatinum. Recentiore tamen aetate sapit monumentum Conradi Palatini in monasterio Schonaugiensi prope Heidelbergam sepulti sepulchrale, quod Marq. Freherus in eo existisse, sed suo iam tempore sublatum fuisse testatus (a) sic expressit: ANNO DOMINICE INCARNATIONIS MCXCII. VI IDVS. NOVEMBR. OBIT. ILLVSTRIS. PRINCEPS. DOMINVS. CONRADVS. COMES. PALATINVS. RHENI. DVX. SVEVIAE. COMES. IN. GEMINOPONTE. GERMANVS. FRIDERICI BARBAROSSAE. IMPERATORIS. Cum Freherum secutus sit Pareus, recte animadvertit *Johannis* (b), perperam annum mortualem Conradi Palatini in epitaphio scriptum fuisse clocxcii, cum is triennio post demum factis concesserit. Coniicit autem *Tolnerus* (c) litteras vetustate ita exesas fuisse,

III

(a) in Orig. Palat. P. I edit. MDCXIII p. 79.

(b) Vid. *Parei* hist. Bav. pal. edit *Johannis* p. 126, ibique notata.

(c) hist. pal. c. XV p. 329.

ut singulas accurate dignoscere haud amplius licuerit, atque adeo, cum de nota numeri quinarum V fortasse nonnisi duae lineales convergentes II, sine anguli vertice apparuerint, *Freherum* hos numeros miscuisse. At praeter quam quod ita mendose descriptum vel corruptum sit, vocem barbarossae satis superque prodere, a recentiori manu illud esse confectum, rectius monuit summus *Koelerus* (d). Hicce quidem mendis purgatam exhibuit inscriptionem cel. *Schannatus* (e), ad veterem scribendi morem sic redactam: ANNO DOM. INCAR. MCXCV. VI IDVS NOVEMB. OB. ILLVSTRIS PRINCEPS DNS CONRADVS COM. PAL. RHENI. DVX SVEVIAE. COMES. IN. GEMINO PONTE. FRIDERICI IMPERATORIS GERMANVS. Sed quum *Schannatus* tantummodo hanc inscriptionem inter rudera ab eruditio rectam ac descriptam dicat, atque hinc sine dubio ad *Freheri* exemplum respiciat, ipse ex ingenio solo illam emendasse, neque ideo fide dignam magis effecisse existimandus est. Titulus *Comitis in Geminoponte* suspectum semper redditur monumentum istud, cum Conradus, Palatinus Comes, nusquam vel castrum Geminipontis tenuisse, vel titulum hunc usurpasse reperiatur. Et quamvis Conradum cum Henrico, primo Comite Geminipontis inde ab a. clxxxvii obvio, quem ipse cognatum fuisse demonstrabimus, Castrum Geminipontis in communi tenuisse conicere velimus, dignitas ta-

men

(d) *Fant. aug. Stauff. probb. ad Tab. I n. 16. p. II. cf. Johannis an-
madv. ad Tolnerum Specim. I in miscellis hist. Pal. p. 83.*

(e) in *hist. Episcop. Wormat. p. 154.*

men Comitis Palatini appellationem Comitis de Geminoponte, uti illas a caeteris eius castris defumptas, absorbuisset exclusissetque. Quare in *Tolnerum*, qui Conrado hos titulos adscribit *Comes Palatinus Rheni & Nemoris, Dux Sueviae, Comes Geminipontis, Staleckae & in Stalbübel, Dominus Castri & oppidi Heidelberg* caetera, merito animadvertit *Johannis* (f); quamvis in eo vir alias curatissimus erraverit, quod Agnetem matrem Conradi, non a Bipontinis Comitibus sanguinem traxisse, sed a Saraepontanis, patre natam Friderico contendat, atque sic Bipontinam & Saraepontanam gentes, quam ab una stirpe processisse nos docuit *Conradus Vrspergensis*, disiungat. Agnationem utriusque generis mox aliunde etiam abunde probatum dabimus. Quemadmodum vero *Tolnerus* in tota sua historia Palatina certis incerta & apertis obscura miscuit (g), ita etiam nullis subnixus monumentorum fide dignorum testimoniis aut certe probabilibus rationibus narrare haec nobis de Conrado non dubitat: *Noster Palatinatui adiecit praefecturam Neostadiensem, item Ogersheim, Lambsheim, Freinsheim aliaque adiacentia trans Rhenana (nobis cis Rhenana) & quondam ad Comitatum Bipontinum spectantia, cuius ipse Conradus partem obtinuit ratione matris Agnetis Bipontinae* (h). Quae tamen huic asserto opposuit *Johannes*, cum non pertingant usque ad haec tempora, haud om-

(f) in animadv. ad Tolnerum l. c. p. 83.

(g) Quod demonstrare coepimus in *Dissert. I de rebus Palatinis*, qua agitur de primo Comite Palatino Aquilgranensi. Prohibet ea in vernaculum sermonem translata in actis Academiae Electoralis Boicae.

(h) *Hist. Pal. cap. II. p. 33.*

omnino apta mihi ad evertendum illud videntur (i). Interea Tolneriana incerta sunt, quoad eis maior auctoritas accesserit.

7. Redeo ad Simonem Friderici Comitis filium, qui solus genus Saraepontanum propagavit. Is iam a. clcxxxv in foundationem monasterii Wadegotiensis supra expositam consensit. Videtur igitur Simon, quem I vocamus, anno clcxxxv pubertatis annos iam attigisse, quod ex aetate fratris Adelberti, qui a. clcxxxviii iam in sede Moguntina collocatus fuit, etiam colligi potest. Elapsum sic est a nato Simone I usque ad extinctionem familiae masculae, quae in saeculi decimi tertii annum xxxv incidit, spatium cxx annorum, & quod excedit, in quo tres generationes assumo, de quibus iam contra *Anselmum*, qui temporum rationes prorsus

C c

fus

- (1) Docet nimirum *Johannis*, Wachenhemium, oppidum ad Harram, Winspergensium Dominorum fuisse, antequam Rudolfus I Rex illud Ludovico severo litteris a. clcclxxiv Hagenoae datis beneficii titulo contulerit; Ogershemium autem feudi Palatini titulo a Leiningensibus Comitibus possessum anno clccccxiiii prorio soluto redemptum, atque sic dominium utile cum directo consolidatum fuisse; Lambshemium anno demum clccccxxxiiii ditionis Palatinae factum esse; Freinshemium vero vicum sub initium saeculi XV plurium nobilium familiarum dominio subfuisse, eiusque portiones Ruperto Caesari, Stephano Duci Bipopontino & Ludovico barbato venditas esse. At potuerunt haec oppida vicique nihilominus saec. XII ad Conradum Palatinum spectare, ac dein ad alios dominos transferri. Ogershemium certe tanquam beneficium Palatinum habuisse Leiningenses Comites ipse tradit *Johannis*. De Neostadio autem plane filet.

sus in condendo suo istius generis schemate neglexit (k), vi-
 debimus. Redit vero primum Simon I in charta quadam
 Adelberti Archiepiscopi Moguntini fratris, qua is ecclesiae
 collegiatae S. Victoris iura quaedam donavit, a. clocxxxviii
 data (l), cui subscripsit: *Comes Symon de Sarebrucke, advo-
 catus eiusdem ecclesiae*; in quo quidem officio patri Friderico
 successit. A. clocxxxvi. Spirae adfuit in conventu princi-
 pum, ex quorum sententia Conradus III Rex litem inter-
 Alberonem Archiepiscopum Trevirensis & Henricum Co-
 mitem Namurcensem de Abbatia S. Maximini agitatum tan-
 dem composuit (m). Anno saeculi huius circiter quinquage-
 simo Simoni Comiti & Volmaro Comiti de Castris inimici-
 tiae intercesserunt cum Volmaro Comite de Sarwerden. At-
 que cum hic illis bellum illaturus esset, Matthaeus I Lotharin-
 giae Dux, cuius dominium Bitense interiacebat terris ditio-
 nis Sarwerdanae, Bipontinae & Castellensis, a Sarwerdano
 Comite petiit, ne in illud invaderet, eaque de causa & fines
 domini sui disteminavit & villas ad se respicientes denomi-
 navit. Cum ex hisce litteris Matthaei Ducis colligere pri-
 mum liceat, Simonem Comitem, quem armis aggressurus
 erat

(k) Hist. Geneal. de la Maison de France T. II, p. 1325. Secutus eum
 est *Johannis* in curis poster. in Pareum, vid. Miscell. hist. Pal.
 p. 244.

(l) in *Johannis* Scriptt. Mog. T. II p. 585. cf. ibid. p. 580.

(m) Vid. in *Lunigii* spicil. eccles. Forts. des I. Theils, p. 210 &
 212. *du Chesne* hist. Geneal. des Comtes de Luxembourg, p.
 41. *Calmet* hist. de Lorraine T. V, CCCXXV, & *Hontvemii* hist.
 Tr. T. I, n. ccclxxxiv p. 554.

erat Volmarus Sarwerdanus, terras praediaque habuisse Bitensi domino contigua, atque in vicinia castrî Geminipontis & Hornbaci quaerenda, cumque locorum in illis enumeratorum antiquitatem noscere haud ingratum fuerit, dignae mihi videntur, quas a *Calmeto* (n), parum tamen in describendis veteribus chartis curato, mutuemur: *Venerabili Comiti de Sarwerden* (o) amico suo, *Matthaeus Dux Lotharingie & filii eius, salutem & omne bonum. Scimus quia vestris inimicis, videlicet Comiti S. & V.* (p) nocere proposuistis. Quare deprecamur vos ob intuitum dilectionis nostrae (q), quatenus infra terminum nostrum praedas agere differatis. Ne enim quasi

C c 2 nes-

(n) Qui eas exhibuit in hist. Loth. T. V probb. p. CCCXL sic in scriptas: *Limites du Comté de Bitche tiré de l'abbaye de Sturzelbronn vers l'an 1150.* Leguntur quoque in *Baleicourtii*, sub quo nomine latet Car. *Hugo*, tractatu: *Traité hist. & crit. sur l'origine de la Geneal. de la Maison de Lorraine, preuves* p. XLVII Mirum vero, quam confuse has litteras *Calmetus* in hist. Loth. enarratione T. III, L. XXIII §. XX p. 19 & 20, ad Matthaeum II Ducem retulerit & in vita eius interpretatus sit; cum tamen scriptae fuerint a. clocclvii a Matthaeo I Duce, proavo Matthaei II.

(o) Quem supra §. III p. 128, not. y. Volmarum fuisse docuimus.
 (p) Nomina haec, quorum tantum initiales litterae scriptae sunt, haud alia sunt, quam Simon & Volmarus, ille Comes Sarapontis, hic castrî ad Blesam. Probat hoc & temporum & finium locorumque enumeratorum propinquitas.

(q) Vel ex his litteris comiter scriptis, precibusque ad Comitem Sarwerdanum, quem Venerabilem vocat Dux Lotharingiae, tanquam ad se non inferiorem directis patet falsitas asserti Ludolfiani, de quo vide supra proluf. p. 9 & 10, Comites nimirum in Westralia subfuisse Ducibus Lotharingiae.

nescius petitionem nostram transgrediamini, terminos nostros vobis subnotabimus. A Birmesegensesem (r) per transversum usque ad Ormingen (s) de Ormingen usque Geroldesheim (t), de Geroldesheim usque ad fluvium vicinum Hornbach, qui Sualba dicitur (u) dein per medium fluvium Hornbach (v) dirigitur & ante Gemunde transiens ad prescriptum locum Birmesegenses reciprocatur (w). Villas etiam ad nos respicientes scribemus, *Botenbach*

- (r) Quis locus hic fuerit, obscurum prorsus est. Neque enim potest intelligi vicus Pir masens, Pirminii sedes, Pirminishusa, utpote qui ad monasterium Hornbacense spectavit, & Advocatos habuit Comites Geminipontis. Neque etiam loca, que deinde enumerantur, in ea regione inveniuntur, quae vico isti vicina est. Nisi igitur sit villa Guisingen haud procul a fontibus Pickenalbae intelligenda, aliam conicere haud ausim. *Calmetus* vult, locum illum vocari hodie Biemgen, quem nescio, ubi terrarum sit.
- (s) Ormingen cis Saram e regione Saralbae haud procul ab Herbitzhemio ad fluviolum Aichel, qui in tabulis cursus Rheni vocatur Eyguel & in Saram influit.
- (t) Geroldsheim, puto contr. Gersheim trans & ad Blesam in finibus domini Castrensis ad Blesam & praefecturae Bipontinae.
- (u) Quem rivum supra cap. 1 p. 25. sq. not. y. uberius descripsimus.
- (v) *Calmetus* falso legit, per medium forum Hornbac. Ipse enim Dux fines agri Bitensis ante Gemunde s. Hornbacum (cf. supra p. 16.) transire profitetur, ne dicam Hornbacum oppidum Abbatiae subfuisse. Etiamnum termini agri Bitensis per medium fluvium Sualbae porriguntur, ita ut ea pars, quae territorio Bipontino est finitima, ditionis Bipontinae sit, altera vero pars dominio Bitensi contigua ditionis Bitensis.
- (w) Agrum igitur Bitensem ab agro Bipontino, Castrum ad Blesam &

bach (x) Lutzwire (y), Vilmunster (z), Brenstelbach (a), Me-
de-

& Sarwerdano ita difterminavit Dux , ut is haud procul a villa
nescio qua, Birmefegeneffe incipiens porrigeretur in transversum
usque ad Ormingen ad fluviolum Aichel prope Saram, dein us-
que ad Geroldshemium ad Blesam supra Wolfershemium &
Herbitzhemium ad eundem rivum pertingeret, inde vero ad
Sualbam rivulum, antequam is Hornbacum praeterlabitur,
protenderetur, atque sic hunc rivulum medium ascendendo tan-
dem recurreret ad principium limitum. Successu temporis &
inprimis postquam dominium Bitense per concambium acqui-
verunt Comites Geminipontis saeculo XIII vergente, & deinde
saec. XIV omnes Comitum illorum terrae divisae sunt inter Co-
mites Geminipontis, qui in hoc ipso castro sedem habuere &
illos, qui a castro Bitis vocati sunt Domini in Bitis, termini isti
mutati sunt. Ita vero *Calmetus* T. III p. 20. fines explicat: *De-
puis Birmesenge (aujourd' buy Biemgen) jusqu' a Geroldsheim
(ou Gerolsech) & depuis Geroldesheim jusqu' au fleuve Hornbach,
qu' on appelle Sualbe (ou Saralbe.) Delà la ligne passe au milieu
de la place de Hornbach passe devant Guemonde & vient finir a
Birmesenge, ou elle a commencé.* Aliena autem sunt haec omnia
a finibus domini Blefensis, quatenus sese inter Comitatum Sar-
werdanum & Bipontinum porrigebat.

- (x) Vicus, qui hodie est in praefectura minori Ninivillana ditionis
Bipontinae.
- (y) Lutzweiler, olim Locvillare, vid. supra cap. I p. 18. Est hodie
vicus domini f. Comitatus Bitensis.
- (z) Vel potius Volmunster f. Wolmunster, vicus Bitensis.
- (a) Brenstelbach f. Brenschelbach, vicus ditionis Bipontinae, qui
leuca ab Hornbaco distat.

delesheim (b), Gelbach (c), Wisenvire (d), Rudelkirge (e), Bedebur (f), Rorbach (g), Wigere (h), Crigelbach (i), Mabrunnen (k), Radingen (l) Oldingen (m) Wergesenge (n). Hos terminos Comes Gerardus moriens Theodorico filio suo iure haereditario reliquit. Qui Theodoricus filio suo Theodorico Comiti Flandrie transmisit; item Theodoricus Comes Flandrie Simundo fratri suo Duci Lotharingie predictos terminos dedit, quibus ipse filium suum Matthaeum haec ditavit. Rutardus minister prefati Ducis, qui hunc terminum didicit a domino Bertolfo ministeriali homine eiusdem Ducis paratus est confirmare & retine-

-
- (b) Medelsheim, vicus hic nunc dominio Castrum ad Blefam subest,
 (c) Gelbach s. Gailbach, quo nomine utuntur duo vici, alius superior, alius inferior, quorum alter spectavit ad dominum Bitense, alter Comitibus Sarwerdanis paruit, cf. supra §. III p. 129.
 (d) Hodie Wiesweyer, vicus Comitatus Bitensis.
 (e) Videtur nomen corruptum esse ex Redreking, quam appellationem habent duae villae, gros Redreking & klein Redreking. Vicus hic quis hodie sit, conicere nequeo.
 (g) Rorbach villa etiamnum ad Comitatum Bitensem spectat, unde vocatur Bitfch Rorbach.
 (h) Wigere, sine dubio Weyer, nescio ubi sit.
 (i) Crigelsbach vicus pariter mihi incognitus est.
 (k) Mabrunnen, nomen corruptum.
 (l) s. potius Ralingen, vicus haud procul a fluviolo Aichel, e regione S. Laurentii.
 (m) Oldingen, forte Oedingen, villula inter Bitfch-Rorbach & Ralingen.
 (n) Wergesenge, superest villula Guesfingen haud procul a fontibus Pickenalbae. Calmetus dicit, villam alias dici Hottenbach.

tinere omni iustitia eidem Duci ac cunctis posteritatibus eius (o).
 Quis harum discordiarum fuerit exitus, silent monu-
 menta. Hoc certe iterum deduxisse sufficiat, Simonem Comitem
 Saraepontis iam saeculo XII medio castrum Geminipontis
 cum dominio inde pendente tenuisse, atque hanc viciniam
 occasionem diffensionibus inter ipsum atque Volmarum Co-
 mitem Sarwerdanum dedisse, ex iisque Matthaeum Ducem
 Lotharingiae de finium sui domini Bitensis dominio Bipo-
 tino conterminorum incolumitate metuentem hac ratione si-
 bi cavere voluisse. Diuturnam vero etiam controversiam a-
 gitavit Simon Comes de Sarbrucken cum Abbacia Schwar-
 zacensi, ditionis Badensis & dioecesis Argentoratensis, de cur-
 te Swinderatesheim, vico inter Argentoratum & Buxovillam
 Hanc scilicet, Abbatiae dictae propriam, tanquam benefi-
 cium ab Episcopo Spirensi, cui Abbatiam Schwartzacensem
 tradiderat Henricus IV Imperator, sibi diu vindicabat Si-
 mon Comes, reclamantibus Abbate, & Episcopis Spirensi,
 atque in cuiusdi oecesi sita erat, Argentinenfi. Re ad Caesa-
 rem

(o) Habemus hic filium, quem in historia veteri domini Bitensis
 & quidem qua in agrum Blesensem pertinet, describenda se-
 qui debemus. Gerardus Comes, qui inter illius possessores pri-
 mus laudatur, est Dux ille Lotharingiae haereditarius primus,
 qui nonnunquam etiam audit de Alsatia & de Flandria. Infra,
 si in historia Comitum Geminipontis de acquisitione castrum ac do-
 minii Bitensis sermo erit, de antiquo statu castrum huius pluribus
 dicemus; cf. interim *Calmetum* T. V. l. c. in notis & T. II
 Differt. Remarques sur le Comté de Bitche p. xxix & T. III ad-
 dit. du II Tome.

rem perlata, Abbas quidem causa superior discessit, neque vero permotus Comes iure, quod in villam istam se habere credebat, se abdicavit. Quare Fridericus I Imperator causa, in qua iam praeiudicium fecerant antecessores eius reges, iterum cognita iam dictam curtem in manus Cunradi Abbatis per sententiam ordine iudiciario promulgatam restituit; quo facto Simon Comes eandem curtem abstipulavit atque dimisit, testibus litteris Friderici imperatoris a. clocclii, xiv Cal. Sept. Spiraë datis (p). Atque cum ob iniuriam, qua se a Comite affici putaverat monasterium, Burchardus Episcopus Argentinensis illum excommunicatione notasset, ab hac simul liberatus est, referente charta Guntheri Episcopi Spirensis (q), eodem anno conscripta, ex qua haec memoratu digna excerpimus, quae aliquam causae Comitum iustitiam prodere videntur: Ille vero huiusmodi in se promulgatam *sententiam* (excommunicationis) *expavescens*, & *suam iniustitiam recognoscens*, aliquod tamen inter haec *lucrum* volens, a predicto Abbate *centum & X marcas*, ex rebus ecclesie sue magna difficultate *conquisitas*, recepit; & *nobis prenominatam curiam*, quia & *ipsam a nobis se cum reliquis beneficiis suscepisse asseruit*, resignavit; *omnemque iurisdictionem si quam videretur in id ipsum*
ha-

(p) Quas legere licet in ill. *Gudeni* syll. I var. diplomatar. chart. Schwartzac. n. vii p. 458 --- 460. & in deductione iurium mon. Schwartzac. adversus principes Badenses in Baden a. 1748. edita sub titulo: *Acten mässige Geschichte Erzählung in Sachen &c praetensi mandati de non turbando in notoria possessione superioritatis territorialis &c.* p. 63 & 64.

(q) Vide eam apud ill. *Gudenum* l. c. p. 460 -- 462.

habere posse, tum pro se, tum pro suis heredibus ibidem sopiendo -- deposuit. Sicque demum concessione Dni Argentinensis, ad quem potestas hunc solvendi spectabat, nostra auctoritate ab excommunicatione solutus est. Videtur ex hisce favor erga monasterium & Episcoporum tutela potior fuisse, quam Comitum causa. Neque enim homines sacri temere istam pecuniae summam Comiti solvissent. Videmus vero etiam exiisdem, Comitem Saraepontanum praeterea ab Episcopo Spirensi alia habuisse beneficia, quorum proprietates ad hoc monasterium sine dubio spectavit. Sed haec nimium obscura sunt (r). Clarius autem ipse Comes edit in Friderici I Imp. diplomate, quo Hillino, Trevirensi Archiepiscopo, proprietatem & dominium Abbatiae S. Maximini confirmavit Treviris VIII Id. Ianuarii a. MCLVII (s). Ita enim Imperator in illo: *Nos autem -- dilectissime Hilline venerabilis Trevirorum Archiepiscopo -- eandem Abbatiam omni iure proprietatis habendam, ordinandam & ea integritate & usu possidendam -- tibi & libero & capitali Advocato tuo Conrado & per te tuis successoribus per Advocatum nostrum Simonem Comitem de Sareburg, quem ad hoc faciendum elegimus, & confirmamus & omni corroboracionis munimine roboramus, & super Altare B. Petri ponimus, concedente, confirmante & collaudante sine aliqua contradictione Henrico Namurcensi Comite libero advocato eiusdem Abbatiae, quae constat ad Trevirensis ecclesiam pertinere.* In-

D d

ter

(r) cf. quae supra diximus p. 180-182.

(s) Legitur in libello, qui inscribitur: Archiepiscopatus & electoratus Trevirensis per refractarios monachos Maximinianos alioque turbatus, p. 63 & in *Hontbemi* hist. Tr. dipl. T. I, p. 577 -- 580.

ter testes dein litteris subscripsit: *Simon, Comes de Sarbrucken.* Anno sequenti idem amplissimo Advocati Wormatiensis officio dignitate ornatus occurrit in charta concambii, quo capitulum Wormatiense Hillino, Trevirensi Archiepiscopo, castrum curtemque Nassowe in pago Loganensi sicut tradidit, ab eodemque Archiepiscopo XIX mansos in curia Pardenheim, quae erat vicinior, recepit(t). Dulcius vero ex ipso fonte hauriemus, quae ad Comitem nostrum Saraepontanum spectant: *At quoniam prenominationum predium (Nassowe) magis a nobis erat, quam vellemus, remotum --- castrum idem & eandem curiam --- per consensum & manum domini nostri Episcopi Conradi & Symonis Comitis de Sarbrucke nostre maioris domus Advocati predicto domino Hillino Trevirensi Archiepiscopo --- omni proprietatis iure & usu habendam & possidendam delegatione legitima donavimus ---.* Data est haec capituli Wormatiensis charta Trevis VII Id. Martii clocLVIII. Eodem die Hillinus Trevirensis Archiepiscopus hoc concambium litteris consignandum curavit (u). *Sane, inquit ille, e contra in recompensationem & legitimum concambium traditae possessionis recepi a Cunrado Episcopo Wormatiensi, & per manum Advocati maioris Domus Symonis Comitis de Sarbrucke & per manus praelatorum Wormatiensis Ecclesie --- quoddam praedium eorum in Nassowe --- in perpetuitatem est collatum. Utrique documento inter testes subscripsit Symon Advocatus maioris domus*

(t) Publici iuris fecit hanc chartam integram Ven. *Honthemius* in Hist. Tr. T. I, n. cccc, p. 585 & 586.

(u) Documentum hoc vide in *Schannati* hist. Worm. Cod. probb. n. lxxxv p. 78 --- 80.

mus Wormatiensis Ecclesie. Neque vero is solus ex Saraepontis Comitibus Advocatiam ecclesiae Wormatiensis habuit, sed, si *Schannato* fidem habeas, Comitis seu Advocati dignitatem veteres Comites Saraepontani haereditario quasi iure per aliquot saecula possedisse reperiuntur (v). Nullus quidem a *Schannato* adducitur, qui aut ante Simonem I, aut post eum Advocati munus & honorem gessit. At in documentis Wormatiensibus occurrit iam a. clōcxxxī *Symunt praefectus urbis*, & ad clōclxvi *Urbi Wormatiensi praefectus Symon de Sareburc* (w); ex quibus apparet, Simonem I Comitem Saraepontanum advocatiam ecclesiae Wormatiensis cum praefectura seu Comitatu urbis iustituisse certe per xxv annos; adeo ut qua ampliori ratione nixus *Schannatus* Saraepontanos advocatiam istam per aliquot saecula possedisse affirmet, haud videam. Viderur vero vir celeberrimus partium studio abreptus illud affirmare, ut Palatinos Comites, quibus complures auctores (x) Advocatiam Wormatiensem attribuant, hac caruisse nobis persuadeat; in quo quidem eum veritati parum litasse, §. VI probare studebimus. Sed, ut longius procedamus, a. clōclxi Conradus Palatinus Archiepiscopus

D d 2

po

(v) cf. eius hist. Worm. p. 202.

(w) Vide *Schannat* l. c. Cod. probb. n. lxxviii p. 72 & n. lxxxvi p. 82. posteriores tabulae, per quas Conradus Episcopus Wormatiensis novellae ecclesiae in Bullinsheim foundationem promovet, hunc habent finem: *Acta sunt hec anno incar. Dom. MCLXVI Regnante Imperatore Friderico; praesidente urbi Wormaciensi praefecto Symone de Sareburc.*

(x) Quos sequitur *Tolnerus* hist. pal. p. 31. & p. 309. sq.

po Trevirensi ecclesias in Logenstein, Kemmetha & castrum Sidlinge, haud procul a Sarburgo, cum allodio restituit. De hoc quidem Fridericus Imperator, Palatini frater, quo mediante concordia facta erat, ita loquitur (q): *Preterea munitionem quandam, quod Sydelingen dicitur, cum eius allodio ipse Comes Palatinus eidem Archiepiscopo integraliter resignavit, ipsamque munitionem a Comite Symone de Sareburge Palatinus Comes ita solvere debet atque expedire, quia Archiepiscopus & ecclesia Trevirensis de cetero in pace munitionem ipsam cum eius allodio possidebit.* Absque dubio allodium hoc, quod Conradus Palatinus Trevirensi ecclesiae tradit, ex haereditate matris Agnetis Saraepontanae ad ipsum devenerat, Simonque Comes Saraepontis Conradi avunculus iure suo munitionem Sidlingen saltim ex parte tenuerat. Redit deinde a. cl̄c̄l̄x̄īī inter testes diplomatis Hillini Archiepiscopi Trevirensis, quo Abbatiae Arnsteinensi nonnulla bona confirmat, *Simon Comes de Sarbrucken* (z). Ex eo autem tempore nulla eius mentio fit, quam a. cl̄c̄l̄x̄v̄īī, ad quem annum Dodechinus, Abbas Disibodenbergensis hoc de eo narrat: *Castrum Sarebrucka Comitis Simonis iussu Imperatoris confractum - cum aliis tribus castris eiusdem Comitis* (a). Quas turbas tum excitaverit Comes noster, quae Imperatorem ad istud consilium perpulerint; plane ignoramus. Triennio post eundem Imperatorem
ec-

(y) in charta dicto anno ea de re conscripta, quae legitur in *Hont-
bemii hist. Tr. T. I n. ccccvii p. 593 -- 595.*

(z) in ill. *Gudeni Cod. dipl. Tom. II p. 17.*

(a) *Append. ad Marianum Scotum in Pistorii scriptt. Germ. edit. Struvii Tom. I p. 678.*

ecclesiae Metensi dominium supremum castri Sarbrucken de-
nuo confirmasse, supra iam narravimus.

8. Haecenus nullum invenimus alium Comitem Sarae-
pontanum, quam Simonem, quem I vocavimus; nihilque
adhuc de uxore eius liberisque cognovimus. Opportuna
ad detegendos filios videri potest tabula confirmatae fundatio-
nis coenobii Wernerivillani, supra a nobis edita (b). Alteri
enim confirmationi a. clcclxxx factae interfuerunt: *Fridericus*
& *Henricus filii Symundi Comitis*. Cogitanti mihi, in
nulla Comitum vicinorum familia tum temporis fuisse Simo-
nem s. Symundum, cui quidem filii iam adulti fuerint, nul-
lum amplius superest dubium, quin Fridericus & Henricus
fuerint filii Comitis de Saraeponte, qui tum aetatem fere
lxx annorum attigisse videtur. De Friderico quidem silent
alia documenta omnia. At cum plures res, quae nobiscog-
nitu dignae essent, & temporum longinquitas iniuriaque
& hominum incuria caligine obtexerit, silentium illud haud
impedire quis videt, quo minus Fridericum istum & fra-
trem, Simonis filios, existimemus fuisse Saraepontanos. Potuit
is aut praematura morte abripi, aut in sacrum ordinem tran-
sire, nullamque sibi adeo memoriam in patria relinquere. De
Henrico autem, altero fratre &, qui praeter hos Simoni I fi-
lii fuerunt, Simone Comite huius nominis II, & Godefrido
deinagemus. Nolumus enim temporum ordinem in perse-
quendis rebus a Comitibus nostris gestis turbare. A. clcclxxxii
Arnoldus Trevirensis Archiepiscopus Arnoldo de Walencurt
permisit, ut in loco, qui dicebatur Schine, castrum aedificaret,

ea

(b) §. II p. 132.

ea lege, ut hoc ipsum castrum, quod postea Montisclari, Monclair, appellationem accepit, tamquam feudum ligium a se teneret, in cuius pacti confirmationem sibi invicem fideiussores constituerunt. Arnoldi de Walencourt, a quo domini de Monteclaro s. Monclair orti sunt, inter fideiussores fuit rum quoque Comes Symon de Sarebrucke (c). Eodem anno Symon Comes & advocatus S. Albani & filii eius inter testes permutationis ab Abbate S. Albani in Moguntia cum Canonicis in Vlanheim celebratae (d) legitur. Anno sequenti Simonem vel patrem vel filium Moguntiae in solemni curia adfuisse Friderico I Imperatori, cognoscimus ex huius charta, qua monasterio S. Maximini bona & possessiones confirmat (e). Utinam vero diplomatis, in quo a. cl̄c̄lxxxvi (f) conscripto Symonem Comitem, credo filium, titulo maioris Advocati novi monasterii auctum occurrere scio, copiam habere mihi contigisset! Forte inde plura discere licuisset, quae

(c) Vide *Hontbem.* hist. Tr. T. I n. ccccxxiii p. 610.

(d) Edidit eas ill. de *Senckenberg* in meditatt. fasc. I p. 60 --- 62.

(e) Apud eundem l. c. n. ccccxxv p. 612.

(f) Ad hunc annum in *Genealogia veterum Comitum Geminipontis* a. cl̄c̄c̄l̄v edita p. 12. *Calmetum* hist. de Lorraine Tom. II p. 549. imprudenter secutus retuli, quae is de Simone Comite Saraepontis & Domino partis de Commarceio, fundatore ecclesiae collegiatae s. Mariae Virginis & s. Nicolai in Commarceio narrat. Fundavit enim hanc ecclesiam anno demum cl̄c̄c̄l̄xxxvi Simon III Comes Saraepontis & Dominus Commarceii, filius Mechtildis haeredis Saraepontanae & novae familiae Saraepontanae auctor.

quae cum ad notitiam huius coenobii, Neumünster prope Ot-
villam, tum ad illustrationem generis illustrissimi pertinent.
Delitescunt saepius egregia chartarum monumenta publicum
in detrimentum, quoad iusta prudentia omnem suspicionem
parum opportunam everterit. Anno *clöclxxxvii* inter Ca-
nonicos Moguntinos *Godfridus Comes de Sarbrucken* (g),
quem Simonis I filium fuisse temporis ratio docet. Biennio
post redit *Symundus Comes de Sarbrucken* inter testes diplo-
matis, quo Philippus Archiepiscopus Colaniensis castrum
Stahelecke, advocatiam in Bacharach aliaque beneficia Colo-
niensia a Conrado Comite Palatino sibi resignata eiusdem co-
niugi Irmengardi filiaeque Agneti in feudum femininum
concedit (h). Simonis II frater *Henricus Comes de Sarbru-
cken* a. *clöclxxxii* inter testes privilegii Henrici III regis de
contrahendo ad invicem matrimonio inter ministeriales Impe-
rii & Moguntinos, legitur (i). Simonem vero I reliquisse
praeter Fridericum, Henricum, & Godfridum etiam filium
cognominem, quem nos II vocavimus; docent Saraepon-
tana documenta inde ab a. *clöclxxxvi*. Hoc certe anno qui
vixit Simon Comes, eius coniugem in illis dici *Lucardim*,
Comitissam de Liningen, confirmavit mihi vir quidam do-
ctissi.

(g) cf. in scriptt. Mog. T. II catalogum Canoniorum *Helwichii* p.
238. & catal. Canon. *Johannis* p. 393.

(h) Vid. *Freberi* Origg. Pal. P. I cap. XI, p. 92. *Lunigii* Reichs
Archiv Part. Spec. Cont. II, abth. IV, Suppl. p. 121. *Tolneri*
Cod. dipl. Pal. p. 59.

(i) in ill. de *Gudenus* Cod. dipl. T. I p. 313.

Etissimus. *Anselmius* (k) eam uxorem fuisse tradit Simonis I, inde ab a. clcxxxv obvii, eandemque a. clcccxx secundas nuptias cum Lothario Comite de Weda celebrasse vult. At cum per se intelligatur, Comitis, qui a. clcxxxv iam pubertatis annos attigerat, coniugem octoginta & quinque annos post dictum annum ad secundas nuptias transire non potuisse, miramur, Virum celeberrimum temporum rationes tantopere neglexisse & confudisse, ut hanc Lucardim Simonis I certe filio, Simoni II tribuendam esse uxorem non viderit. Inde Simonem I & II patrem & filium miscuit in unum. Ignoramus vero coniugem Simonis I, qui circa annum clcclxxx diem obiisse supremum videtur, relictis filiis Simone II, cui uxor fuit Lucardis illa Liningensis, Friderico & Henrico, testibus confirmationis coenobii Wernerivillani, quorum hic a. clcclxxxx Comitis de Sarbrucken titulo ornatus occurrit, ac Godefrido Canonico Moguntino (l).

9. Ex

(k) Ita illè in hist. geneal. de France T. II, p. 1325 : *Simon I du nom Comte de Sarbruche consentit à la donation, que sa mere fit en 1135. à l'Archeveque de Treves, de ce qu'elle avoit à Wadegasse, pour y fonder une Abbaye. Il est nommé dans quelques chartes de l'Abbaye de S. Maximin des années 1146 & 1157. Il avoit epousé une Dame, nommée Leucarde, remariée en 1220. à Lothaire Comte de Wide, du consentement du quel & de son fils elle donna à l'Abbaye de Wadegasse le patronage de l'Eglise de Liestorf, ce que l'Archevêque de Treves confirma en 1232. Quis non videt, Lucardim hanc adscribendam esse Simoni II filio? Vnde vero alterum Lucardis maritum vocari Lotharium Comitem Wedanum cognoverit *Anselmius*, non habeo, quod dicam.*

(l) *Anselmius* Simoni I praeter filium Simonem II tribuit gnatam

9. Ex quatuor his filiis maxime digni sunt Simon II & Henricus, quos ex litterarum documentis curatius cognoscimus. Coniunctim ii apparent inter testes donationis ab Henrico Brunsvicensi Comite Palatino, monasterio Schonau-giensi a. cbcLxxxvii factae: *Symon Comes de Saraponte. Henricus Comes de Geminoponte* (m). Eos enim fratres fuisse, non solum nobis persuadet illud *Conradi Urspergensis* de Agnete Friderici II Ducis Sueviae uxore secunda ex genere Comitum de Zwainpruck & Sarbruck oriunda testimonium (n), sed etiam aperte demonstrat eorundem Comitum subscriptio inter testes famosae resignationis Advocatae Tre-

E c

vi.

Helvidem, uxorem Hugonis II Comitis Vadani montis, quae cum a. cbcLxxxvii iam occurrat, filia Simonis I esse potuit. *Calmetus* paria refert hist. de Lorr. T. II, Dissert. Liste geneal. des Comtes de Vaudemont p. V, & ad *Vignierium* provocat. Sed cum idem auctor Hugoni II uxorem fuisse Gertrudim velit, fidem quodam modo asserto *Vignierii* detrahit, nisi Hugonem II secundas nuptias iniisse assumas. Relinquimus igitur Helvidem, de qua nihil certi habemus. Quas enim *Rosierus* Stemmat. Loth. &c. dipl. xviii n. 80. Hugonis litteras, in quibus uxoris *Hilvidis Comitisse de Sallebruche* &c. mentionem facit, eae omnino suspectae esse debent. Maiori forte aere Simoni I adscribas filiam Juttam, uxorem Folmari II Comitis de Castris, de qua supra §. IIII p. 159 sq. quaedam adduximus; praesertim cum Folmari II filii Fridericus & Henricus nomina Friderici & Henrici filiorum Simonis I Saraepontani referant.

(m) De *Gulenus* Syll. dipl. Cod. dipl. Schonaug. n. xx p. 50, & *Schannat.* Hist. Worm. p. 155.

(n) Cf. supra pag. 193.

virensis & ecclesiae & civitatis ab eodem Henrico Comite Palatino in Johannis Archiepiscopi gratiam (o) anno sequenti clōclxxxvii factae: *Symon Comes de Sarbruck & frater eius Henricus de Zweienbrucken* (p). Primum vero Henricus hic Saraepontanus Comitis de Geminoponte titulo ornatus occurrit a. clōclxxxxi, quo anno Henricus VI Imp. in Comitibus Wormatiensibus celebratis concambium quoddam cum maiori Wormatiensi & S. Martini ecclesiis iniit, vi cuius Advocatiam in Dirmestein, quam ab Heinrico Comite de Zweinbruggen nomine Imperii comparaverat & ipse aliquamdiu libere tenuerat, Conrado Episcopo & ecclesiae Wormatiensi certis sub legibus contulit in recompensationem thelonei in Bobardia sibi ab ecclesia S. Martini resignata. Leguntur haec in eiusdem Imperatoris diplomate Wormatiensibus a. d. iiii Idus Jun. a. clōclxxxvi scripto (q), quippe cui verba contrac-

(o) Cf. *Bromerum* in *Annal. Trev.* Tom. II, p. 95, 96. *Lunigium Reichsarchiv* part. spec. Cont. II, IV Abth. p. 122. & *Hontbemi* Hist. Tr. dipl. T. I n. ccccxxxix p. 630, qui ibidem notat, recte annum clōclxxxvii, quo data sit haec resignatio, scribi, ac perperam adeo a *Kyriandro* *Annal. Trev.* P. XV, p. 106. *Bromero* l. c. *Spenero* op. *Herald.* p. 669 aliisque a. clōclxxxviii tradi, quippe quo anno Henricus Palatinus in Palaestina moratus sit. *Freberus* iam *Origg. Pal.* p. I, cap. XI, p. 89. eundem errorem erravit in litteris hūc quamvis imperfecte publicatis.

(p) Quem igitur eundem putes cum Henrico illo, qui a. clōclxxxii audit Comes de Sarbrucken.

(q) Quod vide in *Lunigii Reichsarchiv* Spicil. eccl. Cont. III, pag. 297. & *Schannat.* hist. Worm. Cod. probb. n. XCVII, p. 91. cf. eundem in ipsa historia p. 361.

tractus ante quinque annos initi huc spectantia inseruit. Videtur vero Advocatia ista in Dirmenstein, hodie sedis ruralis capite, ab Henrico Comite Geminipontis possessa antea cum Advocatia Wormatiensi, inter ornamenta familiae Saraepontanae referenda, coniuncta fuisse, atque sic ad Comitem nostrum, Simonis Saraepontani & Advocati Wormatiensis filium, haereditario iure pervenisse. Sic Moguntiae etiam, ubi Fridericus Comes Saraepontanus eiusque filius Simon I plurimum ecclesiarum antea fuerunt Advocati, veteris monasterii Advocatiam saec. XII exeunte habuit Comes Geminipontis, & ab eo tanquam beneficium recepit Wolframus Rhingravius (r). Factum quoque inde est, ut Comites Ge-

E e 2

mi-

(r) Cf. scriptum cristicum: Jura successionis illustrissimorum Loewenhaupt in dynastiam Bretzenheim a. MDCCXLV adiuncta p. I, num. I. Designatio quarundam possessionum Wolframmi Rhingravii sub finem saeculi 12. & initium 13. in pergameno conscripta, in qua is inter alia habuisse legitur: *A Comite de Zwenbrucken Advocatiam super vetus monasterium*. Paulo ante idem Rhingravius tenuisse dicitur *de Abbatissa de veteri monasterio Vicedominatum & iusticiam* -- -- Vbinam locorum fuerit haec Abbatia veteris monasterii, docet charta compositionis inter Eberbacensem & Vinicellensem Abbates ab Henrico Archiep. Moguntino factae a. cbccl, quam vide in *Gudeni* cod. dipl. Mog. T. I, n. LXXVIII, p. 212. Sic enim illa habet: *Abbatissa quoque de Altenmünster in Moguntia &c.* Memoratur ea iam a. cbcxii. in privil. Henrici VI Imp. super commutatione quadam inter Archiep. Mogunt. & Bremensem, apud eundem l. c. p. 380. *Et ecclesia See Marie infra muros civitatis in Comitatu Arnoldi*; ubi ill. *Gudenus* notat, eam fuisse nuncupatam S. Mariae in Udenmünster. Nullam vero postea Abbatiae huius

n. en.

minipontis Advocatiam monasterii Wadegotiensis, a Gisela avia Henrici I de Geminoponte & patre huius Simone fundati, nescio quo tempore occupaverint (s). Henricus igitur hic Saraepontanus primus nobis erit auctor illustrissimae olim gentis Comitum Bipontinorum, quorum res gestas Parte II Originum nostrarum in memoriam revocabimus. Nunc ad Simonem II, Henrici I Comitis Bipontini fratrem, redeo, eius genus usque quo extinctum fuit in masculis haeredibus persecuturus. Aduit vero is Philippo Imperatori exeunte anno clccvi Spiraе agenti, atque huius praecepto, quo voluit, ne novum castrum in Creutzenach in praedictum Spirensis ecclesiae exstrui coeptum perficeretur, nec unquam in eo loco castrum reaedificaretur, subscripsit (s). Obvius rursus est a. clccviii in instrumento pacis inter Fridericum Ducem Lotharingiae ac Theobaldum Comitem Barrensem conciliatae. Cum enim per ostagios de eius securitate caveatur hoc modo: *Si vero Dux vel frater vel homines sui in Comitem vel in filium suum vel in castella eorum manum miserint, nullum inde placitum fiet, sed sine placito ostagii huius pacis de pace fracta in conventiones inciderint, & ad Comitem & ad filium eius post ipsum cum feodis suis, lau-*

mentionem reperi, sed ecclesiae parochialis S Mariae in Udenmünster; cuius patronatum Wernherus de Bolanden, dapifer & Philippus frater eius ab Imperio tenuerunt in feudo docentibus Frid. II imp. litteris a. clccxviii scriptis.

(s) Documentum ipsum ampl. *Kremerus* in libro: *Diplomatische Beiträge* 2c. 1tes Stück. *Urkunden zur Geschichte der Graven von Sponheim*, n. IV, p. 143 edidit.

laude Ducis, per hominum se tenebunt, ab hac tamen convention-
tione excipiuntur Comes Darbos (Dasbor, Dachsburg) Comes
Sigibertus (de Werda) COMES DE SAREBRUGE, Co-
mes de Geminoponte &c. (t). Redit deinde Simon Comes de
Sarbrucken in tabulis Friderici I Imp. in gratiam ecclesiae
collegiatae S. Stephani Moguntiae a. clcccxiij scriptis, ex
quibus videmus, istum eo tempore Imperatori Lutrae Cae-
sareae agenti adfuisse (u). In hunc quoque Simonem cadit,
quod in designatione possessionum Wolframmi Rhingravii
sub finem saeculi XII & initium XIII conscriptum legitur: *A*
Comite de Sarbrucken tertiam partem Advocatie in Heberen-
burch (v). Superstes fuit idem a. clcccxvi prodeuntibus docu-
mentis, quae in tabulario quodam vicino latent. Anno au-
tem clcccxx iam ad inferos descenderat, quo vidua ipsius
Lucardis, Lothario Comiti Wedano (w) nupta secundum, tum

E e 3

hu-

(t) Vid. tabulas pacis in *Baleicourtii* Traité sur l'Origine & la Ge-
nealogie de Lorraine, poeuvres, p. LXXXVII. Familia vero
Dachsburgensis fuit consanguinea Ducum Lotharingiae. De
Werdensium Comitum genere idem coniiciunt eruditi. Quod-
si vero coniecturae nostrae, quas supra n. 2. p. 180-182 protulimus,
probabiles sunt, Comites Saraepontis & Geminipontis ortum
traherent ab eadem stirpe omnibus illis communi, nempe Al-
fatica.

(u) Vid. *Johannis* Scriptt. Mog. T. II, p. 336.

(v) Illam editam videre licet in scripto: Jura successionis illustrissi-
morum Loewenhaupt in dynastiam Bretzenheim a. clcccxiv ad-
iunct. num. I, p. I. Heberenburch est castrum Eberaburg ad
Navam haud procul a Crucenaco.

(w) Lotharius is fuit ultimus veterum Comitum Wedanorum.
Obi-

huius cum filii sui Simonis consensu patronatum ecclesiae in Liestorff coenobio Wadegotiensi contulisse dicitur(x). Reliquit igitur Simon II ex conjugē Lucardi de Liningen filium Simonem III, qui in regimine comitatus successit. Antequam de hoc agamus, videamus, an nulli praeter eum adscribendi sint Simoni II filii. Occurrit autem inde ab a. cccccxii Henricus comes de Saraeponte, sacris dignitatibus ornatus. Fuit nimirum is primum praepositus ecclesiae collegiatae S. Cyriaci in Neuhausen prope Wormatiam & archidiaconus Wormatiensis (y), dein ab a. cccccxv praepositus maioris ecclesiae Wormatiensis (z), tandem a cccccxvii electus in Episcopum Wormatiensem (a) cuius virtutes resque gestas *Schannatus* brevibus sic depingit: *Ornabat Henricum hinc natalium splendor, inde virtutum dotes eximiae; verum quod in conturbata tempora regimen eius incidisset, ingentis quidem animi, sed*

Obiit is scilicet nullis relictis haeredibus. Transiit sic Comitatus Wedanus per Lotharii sororem Brunoni Domino de Jsenburg nupram ad Jsenburgios, cf. *Imbof.* notit. Princ. edit V. *Koeler.* L. IX, c. XLVI. §. 1, Tom. II, p. 178. Ex charta quadam Philippi Archiepiscopi Colonensis a. cccccxxx scripta, quam vide in *Johannis* Spicil. tabb. vet. chartul. Colon. n. IV, p. 19-21. patrem Comitissae Wedanae, quae Brunonem de Jsenburg habuit maritum, vocari Theodoricum, discimus.

(x) *Anselme* Hist. Geneal. l. c. T. II. p. 1325.

(y) *Schannat.* hist. Worm. in serie praepositorum eccl. in Neuhausen p. 112. & Cod. probb. n. CIV p. 96.

(z) Idem l. c. cap. III, §. V in serie praep. mai. eccl. Worm. p. 74. cf. de *Gudenus* Syllog. var. diplom. C. D. mon. Schonaug. n. xxxviii, p. 93 & n. xl. p. 98.

(a) *Schannat.* l. c. P. III, §. XXVI, p. 366.

sed successus plane infelicitis audiit. Habuit is nepotem Eberhardum Saraepontis Comitem, quem familiae S. Dominici adscriptum circa a clcccxxxlll diem obiisse tradit idem celeberrimus auctor (b). Quodsi Henricus Episcopus, uti temporum ratio praecipit, Simoni II adscribatur filius, omnes difficultates tollerentur; atque ipsius nepos Eberhardus fuisset Simonis III gnatus.

10. Simon III igitur circa a clccxvlll patri successit. Conjugem habuit Laurettam filiam Friderici de Bitis, qui inter Duces Lotharingiae primus huius nominis est & Agnetis de Bar, testibus *Vignerio* (c) *Calmeto* (d) & *Anselmio*, qui etiam Simonem nostrum consentiente uxore sua Lauretta vi pacti cum Matthaeo Duce confecti a clcccxxvi omni iure, quod ipse habebat in haereditate Friderici Ducis & Agnetis Barrensis, cessisse narrat (e). Simonem hunc agnoscere debet suum

(b) Idem l. c. p. 371.

(c) *Veritable origine des Maisons d'Alsace, de Lorraine &c.* pag. 141. ex Archiv. Nancei.

(d) *Hist. de Lorr.* T. II, L. XXXII. §. VI, p. 546. Male vero & confuse prorsus idem auctor semet ipsum correcturus in fine T. II Errata & correctt. uxorem Simonis non Laurettam vocari vult, quod Lauretta ipse fuerit filia non uxor; quasi mater filiaque non habere possint eandem appellationem; cum potius haec nominum similitudo confirmet Simonis cum Lauretta matrimonium. Somniatur idem, Simonem de Sarbruck minus recte legi pro Sarburg. Neque enim tum amplius fuerunt Comites Sarburgenses.

(e) l. c. T. II, p. 1325. Documentum ipsum *Calmetus* in *hist. Loth.* T. II, edit. veteris, *Preuves* p. ccccxxxviii edidit: *Ego Simon Comes*

fitum fundatorem domus Teutonica in honorem S. Mariae quingentos circiter passus a Saraeponte a clōccxxvii aedificata (f), testante pictura in fenestra post princeps altare templi eiusdem domus etiamnum conspicua, quae primum Simonem nostrum habuisse matrem Liningensem, tum in fundatione huius domus parentum voluntatem aut coepta perfecisse, satis claro indicio est (g) An. clōccxxiii Simon III Saraepontanus Comes donationem ecclesiae de Holwingen & decimae ibidem a Mechtilde de Castris cognata sua
mona-

Comes Saraepontensis notum facio omnibus, ad quos praesens scriptum pervenerit, quod ego omne ius, quod uxor mea soror Domini Matbaei Ducis Loth & March. in haereditate tam ex patre patris quam ex parte matris sibi proveniente habebat, si quod habebat, de consensu ipsius uxoris iam dictae, eidem nobili Duci prenominato plenius acquittavi & idem ius reliqui supra suam voluntatem libere & quiete. Quod ut ratum sit, praesentem paginam sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo sexto, vigilia beati Matbaei.

- (f) Ita ad me perscriptum est diligentius. Suspiciatur vero vulgus, primordia huius domus attingere tempora fundati coenobii Wadegotiensis, quod quidem ridiculum est. Quippe notissimum est, ordinem sacrum Teutonicum clōclxxxvii institutum, triennio post cum primum supremum magistrum acciperet, in Germaniam introductum, atque a Friderico II. Imp. ab a. clōccxiii, xxi, & xxiii. privilegii auctum fuisse.
- (g) Fenestra haec, antequam fastigatur, semel in longitudinem & ter in latitudinem divisa est, ita ut sex areas contineat, quarum binae superiores, altera Mariam, quae Christum infantem figurae ex adverso stanti offert, altera vero Christum in
cru-

monasterio Wernerivillano collatae litteris suis confirmavit (h). Idem a. clocxxxii chartas & Bertholdi Abbatis Schonaugiensis & Johannis Domini de Siersberg, quibus hic illi allodium suum in Opphaue consentientibus uxore filiisque vendidit, subscriptione sua atque sigilli munimine corrobora- vit (i). Anno autem clocxxxviii iam erat inter mortuos, quod colligimus ex Conradi Comitis silvestris litteris, quibus se Archiepiscopo Moguntino renuntiasse bonis in Medersheim profitetur (k). Ita enim ille: *Item*

F f

dampna

in cruce, Mariam & Johannem exhibet. Arearum, quae mediae sunt, altera eaque sinistra repraesentat figuram, quae arma Saraepontana, leonem scil. rufum in campo, si quidem recte meminit, qui haec observavit, flavo in altum tollit, altera autem atque dextra sistit figuram muliebrem, quae arma Liningensia, tres aquilas argenteas in campo caeruleo stellulis argenteis distincto offert. In ea tandem inferiorum areolarum, quae dextra est, conspicitur figura, insignia Leonis in campo crucibus flavis variegato porrigens, sinistra vero ita obscurata est, ut neque figuram, neque arma clare cognoscere possis. Probabiliter in area media Simonem II cum uxore sua Lucardi Liningensi, in inferiori autem Simonem II cum Lauretta Lotharingica depictos fuisse ex insignibus colligere licet. Debere me hanc notitiam liberalitati Viri rev. atque doctissimi *Beltzeri*, qui cum maxime Assessoris Consist. supremi, Scholarchae & Rectoris Gymnasii Saraepontani muneribus fungitur, gratus profiteor.

(h) Vide supra § IIII p. 159

(i) Quod publicavit ill. de *Gudemus* in syll. diplom. Cod. dipl. Schonaug. n. LXXVIII & LXXX. p. 179 --- 181. cf. supra p. 190 & sq. not. (s)

(k) Typis expressae sunt in eiusd. cod. dipl. Mog. T. I, n. CCXXIX p. 559 sq.

lampna a nobis illata in eisdem bonis Dno Archiepiscopo, a tempore bone memorie Simonis Comitis de Sarbracke, resarciam usque ad nativitatem Domini proximo venturam (l). Liberi ipsi fuere Simon Comes, Lauretta, Mechtildis & Joanna (m). Praeter hos eidem adscribendi mihi videntur Eberdus Dominicanus, Henrici Episcopi Worm. nepos, & Stephanus Comes, quem II eius nominis praepositum ecclesiae Neuhufanae fuisse & anno clocclxiii obiisse docet Schannatus (n).

II. Simon ante patrem Simonem III obiit, nullis relictis haeredibus ex coniuge Joanna, filia Goberti de Asperomonte (o). Transferunt igitur post mortem Simonis III terrae

(l) Vicus hic ad Navae citeriorem ripam e regione Sobernheimii situs hodie ditionis Rhingravicae est. Quis vero huius villae habitus fuerit tam temporis, & qua ratione Simonis Saraepontani hic mentio fiat, non habeo, quod dicam. Sufficiat inde didicisse, Simonem III iam antè clocxxxviii mortuum fuisse. *Anselmius* l. c. terminum mortis ulterius porrigit: *Il etoit mort en 1247 que sa veuve donna a l'Abbaye de Wadegase la quatrieme partie de son Alieu de Liestorff*; quod supra p. 71 minus diligenter interpretatus sum, ac si hoc ipso anno mortuus demum esset.

(m) *Anselmius* Simoni III, qui ipse est II, hos tribuit liberos: *Il eut pour enfans, Simon III du nom, Comte de Sarrebruche mort sans enfans de Jeanne d'Aspremont son Epouse avant 1247, laissant ses trois soeurs ses heritieres. Laurette l'ainée fut Comtesse de Sarrebruche apres la mort de son frere --- Mabaut --- Jeanne de Sarrebruche.*

(n) l. c. p. 112.

(o) Cf. Genealogiam *Balduini de Avennis* (auctoris viventis cir-

rae Seraepontanae ad filiam illius primogenitam , Laure-
tam,

ca a clxxclxxx) quam ex Chronicis Haynonensibus contexuit, in
d'Achery Spicileg. Tom. III, p. 192. edit. Paris 1723. Particu-
la illius huc respiciens haec est :

GOBERTUS DE ASPEROMONTE uxor *Juliana*, filia se-
cunda Domini Rogeri de Rosoy ac Dominae *Aelidis*, filiae Do-
mini Jacobi de *Avesnes* quae Goberto peperit quatuor filios

JOFFRIDUS DE ASP. MONTE, primogenitus, Comitissam SALEBRU. GES habens uxorem sine liberis decessit, cui succedens frater	ROBERTUS DE ASP. MONTE , ex uxore Ag- nete, filia Dom. Tho- mae de Cou- chy duos genu- it filios & du- as filias.	JOANNA DE ASP. MONT. una filiarum Goberti , Comiti de SALEBRU- GES est ma- ritata.	JOANNES DE ASP. monte. tertius filius Goberti, cle- ricus est & praepositus montis Fal- conis.	GUIDO DE ASP. monte, quartus fi- lius Gober- ti mortuus est miles in Tunisia cum Rege Franco- rum &c.
---	---	---	---	--

Patet ex hac Genealogia, Joffridum Goberti III, quem bea-
tum praedicant, filium nupsisse Comiti Saraepontanae Laure-
tae, huius vero fratrem habuisse simul uxorem illius sororem.
Neque enim hoc posterius matrimonium in alium, quam Si-
monem, Simonis III natum cadere potest. ANSELMIVS
igitur recte eidem Dominam Asperimontis Johannam tribuit
uxorem. Pariter id facit *Calmetus* l. c. T. III. Differt Geneal.
de la maison d'Apremont P. xxvi. cum inter filias Goberti de
Asperomonte refert etiam Joannam, uxorem Comitis Sarae-
pontani: *Jeanne qui epousa Simon de Linanges Comte de Sar-
bruche sans doute en consequence de l'accord fait en 1277 par le-
quel il fut dit, que Simon de Sarbruche epouserait la niece de l'Evê-
que*

tam, (p) quae Joffrido, de Asperomonte nupserat, caeterasque. Anno nimirum clcccxxxv. Joannes de Asperomonte Episcopus Metensis inter Joffridum de Asperomonte nepotem suum, conjugem Laurettae, & Mechtildem & Joannam, Laurettae sorores, Comitatum Saraepontanum, beneficium Metense, divisisse fertur (q); unde simul colligi potest, Simonem III patrem circa hunc annum vitam cum morte commutasse, & Simonem eius filium iam antea praematura morte abreptum esse. Joffridus Laurettae maritus ex eo tempore Comes Saraepontis audit cum in diploma-

que de Metz Jean d'Apremont. Simon Saraepontanus vocatur *Calmeto* de Linangis, credo ob aviam Lucardim, quae procul dubio bona quaedam Liningensia attulit Simoni il coniugi suo. Male tamen *Calmetus* Simonem Saraepontanum confundit cum Symundo Comite Liningensi & Dachsburgenfi marito Gertrudis Dachsburgenfis ante a. clcccxxx mortuo; unde profluxerunt omnes, quos deinde pandit errores.

(p) Chartam ipsam exhibuit *Calmetus* hist. Loth. edit veteris T. II. prob. n. ccccxi: *Noverint universi, quod ego J. Dei gratia Metensis Episcopus reddidi Loretae filiae dilectae fidelis mei nobilis viri Simonis Saraepontis primogenitae Sarbruche & Comitatum Saraepontis & totum feodum, quod de me tenet, & omne pertinens ad feodum libere possidendum. Et si, quod absit, de ista vita sine haerede deficiat, alis filiabus suis reddidi integraliter tenendum & in huius rei testimonium praesens scriptum sigilli nostri munimine signari placuit & muniri. Anno Domini MCCXXXVII. in crastino Pentecostes.*

(q) Cf. praeced. not. (m) & (o). & *Calmetum* T. III. hist. Loth. L. xxiii. § c. p. 76. ubi haec habet: *Jean d'Apremont partagea entre Geoffroi d'Apremont & Mabaut & Jeanne de Sarbruche, ses belles joeurs, le Comte de Sarbruche, fief de son Eveché.*

plomatibus (r), tum in sigillis (s). Anno clcccxxxvii Goffridus denuo cum uxore sua ab huius avunculo, Jacobo, principe Lotharingiae, Episcopo Metensi investitus est Comitatu Saraepontano (t) Eodem anno vidua Simonis III, qui pater fuit Laurettae, quartam partem allodii

F f 3

fui

(r) Huc spectat illud, quod apud *Meurissium*, hist. des Evesques de Metz, L. IIII. p. 617. reperitur: *Ego Goffridus Comes Saraepontis & Dominus Asperimontis, notum facio universis, quod ego sum homo ligius Reverendissimi Domini mei Metensis Episcopi ante omnes homines, & de ipso Metensi Episcopo teneo ligie castrum Asperimontis cum suis appendiciis, quod castrum Asperimontis confiteor esse reddibile Metensi Episcopo & ipsum castrum reddidi Reverendissimo Domino meo Jacobo Dei gratia Metensi Episcopo. In cuius rei testimonium & perpetuam memoriam praesentes litteras ei concessi & tradidi sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, mense Februario, feria quinta post Dominicam exurge.*

(s) *Calmet. T. II. Differt. Remarques sur les sceaux de Lorraine p. LXVII. num. LXXXV. S. JOFFRIDI COMITIS SERAPONTIS ET DNI ASPERIMONTIS. Tiré d'un titre de l'an 1242, conservé dans l'Abbaye de S. Vanne de Verdun. La maison d'Apremont ne portoit pas encore la qualité de Comte. En 1246. mourut Lorette de Sarbruche épouse de Jeoffroi d'Apremont. Fallitur vero in anno emortuali Laurettae, cum haec vixerit usque ad a. clccclxvii.*

(t) *Anselmus l. c. de Lauretta prodir: Elle étoit mariée des l'année 1235. a Jeoffroi III du nom, Sire d'Apremont, avec lequel elle fut investie du Comté de Sarebruche par Jaques Eveque de Metz le lende-*

fui in Liestorff obtulit monasterio Wadegociensi (u). Loretta, marito suo Joffrido Domino Asperimontis circa a. clbccxxxviii. fatis functo, secundas nuptias iniit cum Theodorico

lendemain de la pentecôte 1247. Emendari hinc debet narratio eiusdem investiturae perperam ad a. clbccxxxvii. relatae in sententia iudicii recuperatorii Metensis d. viii. Jul. 1680. p. 3. Concession en parcbemin du lendemain de la Feste de Pentecoste de l'année 1237. par Jaques Evesque de Metz a Lauvette fille aisnée du Comte Simon de Sarbruck son feal, du Comté de Sarbruck de tout le fief, quil tient & doit tenir de luy, pour le posseder librement. Jacobus demum a. clbccxxxviii. Episcopatum adeptus est.

(u) Cf. not. (l). p. 222

(v) Falsus est *Calmetus* cum in hist. de Lorr. T. III. Dissert. Geneal. de la maison d'Apremont p. xxvii annum Lorettae mortualem prodit fuisse a. clbccxxxvii vel sequentem; conf. notam seq. Idem tamen paulo post Laurettam anno clbccclxxi. obiisse rectius vult. Quando vero Joffridum eius maritum a. clbccxxxviii fatis functum, ac Loretta viduam nuptias secundas contraxisse tradit, haud quidem a vero aberrat nescio tamen quo nitatur fundamento. Ita nimirum ille: *On croit que Geoffroi mourut en 1248 & que Lorette se remaria a Loup de . . . & qui jouit pendant la vie de son epouse du Comté de Sarbourg. Lorette etant decedée en 1271 le meme Loup pretendit se maintenir dans le Comté de Sarbourg; mais il en fut empeché par Jeanne & Mabaut soeurs de Lorette. Eadem tradit Anselmius l. c. sed aequè ignorat, aut certe tacet, qui fuerit maritus Lorettae secundus. Fuit autem is Theodoricus dicitur Luiff filius Theodorici VII Comitis Clivenfis & Adeleidis*

dorico dicto Luiff, Comite Clivenfi. (v) Post intervallum viginti annorum redit Lauretta, Comitissa Saraepontis, cum a. clocclxvii monasterio dicto concessionem pascuorum & lignorum in sylva Warant factam a patre Simone confirmat (w) Idem ius corroborat sequenti anno soror eius Mechtildis Domina montis Falconis & vallis Coloniae. Nupserat enim
Amedaeo

dis Heinsbergiae, qui in binis chartis a. clocclv & clocclviii. datis, quibus Vesaliensibus privilegia confirmat, *Comes de Saraepont, de Sarebrugge* vocatur, conf. *Ditbmarus* ad Teschenmacheri Annal Cliv. p. 223. not. 2 & p. 225. not. 1. Commisit tamen vii doctissimus errorem in designando hoc Theodoro dicto Luiff Comite Saraepontis, vid. *Berlinische Bibliothek*. IV Bands 2tes Stück 1750. p. 147 Quae autem *Ditbmaro* obscura fuit ratio appellationis de Saraeponte, patet iam ex narrationibus *Calmeti* & *Anselmii*, absque hac cõllatione etiam obscuris.

(w) Diploma ipsum ex *Ludolfi Symphor.* conf. & dec. for. xlvi. p. 1444 huc derivatum legere haud gravabuntur, qui generis veterum Saraepontanorum Comitum deductionem modumque successionis certis documentis a nobis probari cupiunt: *Universis presentem paginam inspecturis Laureta, Comitissa Saraponten pacem diligere & veritatem. Cum scriptum ponat in statu stabili, quod non erat sine literis valiturum, dignum est res gestas literarum testimonio commendari, ne a posterorum memoria ac facili eum fuga temporis elabantur. Innotescat igitur universis, quod nos recognoscimus per praesentes, quod bonae memoriae pater noster, Simon, Comes Saraponten, considerata tenuitate rerum ecclesiae Wadegozen a suis progenitoribus fundatae, dedit & concessit mera liberalitate, ad huc vivens,*

Amedaeo Montisbeligardensi, ex familia Dominorum
montis

vivens, viris religiosis, Abbati & conventui praedictae ecclesiae Wadegozen & eorum successoribus, pro animae suae & omnium antecessorum suorum animarum remedio, pascua in sylva sua de Warant, & alibi in tota terra sua ad usus animalium ipsorum videlicet equorum, boum, ovium & quadringentorum porcorum in Warant sine demo, quando glandes ibi erunt, in perpetuum. Dedit etiam ipsis & concessit, si aliqua de novo & quotiescunque aedificare in memorata ecclesia seu officinas ipsius ecclesiae renovare voluerint, ut in praedicta sylva de Warant accipiant ad praedictorum necessitatem, & ut ligna arida, inutilia & iacentia in praedicta sylva ad comburendum, & propter alias necessitates in perpetuum secundum ipsorum accipiant voluntatem. Et quia praedictos Abbatem & conventum de dicta elemosyna, instinctu mali consilii, defuncto patre nostro non permisimus gaudere, ad memoriam compuncto corde & animo reducimus nos errasse & errorem nostrum in hac parte volentes emendare, praedictam elemosynam pro animae nostrae & omnium antecessorum nostrorum animarum remedio restituimus praedictis Abbati & conventui confirmamus. Et ut haec elemosyna in perpetuum rata & inconvulsa permaneat, praesenti paginae sigillum Domini F. Ducis Lotharing. qui noster in nostra nobilitate Dominus est, ad petitionem una cum sigillo nostro est appensum in testimonium veritatis. Nec praetereundem, quod saepe dictus Abbas & conventus pro recognitione illius elemosynae tenentur dare illi, qui custodit turrim in Sareponte, quolibet anno quatuor ulnas panni grisei ad uncam tunicam faciendam. Datum & actum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo mense Martii. Confer quae supra cap. II. §. x p. 72 adversus Ludolfum, diplomate hoc ad immedietatem Comitum veterum Sarepontis destruendam male & inique abufum

montis Falconis, ex quibus Richardus saec. XII. filiam haeredem Theodorici Comitis montis Beligardensis uxorem habuerat, oriundo (x). Lauretta soror natu maior etiam hoc anno in vivis erat, sed triennio post mortua (y) nullum haeredem superstitem ex matrimonio cum Theodorico dicto Luiff, Comite Clivenfi, inito habuit. Soror Mechtildis igitur ei in Co-

G g

mitatu

bufum monuimus cum litteris, quas paulo ante not (r) produximus a Joffrido Comite Saraepontis & Domino Asperimontis datas.

- (x) Maxime implicatum est schemã generis Amedaei huius. Quare cum nondum illud curatius explicare licuerit, reservamus expressionem illius opportuno magis tempori.

Universis Christi fidelibus praesens scriptum inspecturis Matbildis Domina montis Falconis & de Valle Coloniae salutem & praesenti fidem adhibere noveritis: quod nos elemosynam bonae memoriae Domini Simonis Comitis Saraepontensis patris nostri, ecclesiae Wadegotiensi a nostris progenitoribus fundatae de pascuis ad opus animalium ipsius ecclesiae in terra sua & in Warant & quadringentis porcis pascendis in dicta sylva sine demo, quando glandes ibi erunt, & de lignis ad aedificia dictae ecclesiae reparanda, & de lignis inutilibus & mortuis ad comburendum ibidem accipiendis pie factam, & a sorore mea Laureta, Comitissa Saraeponti, ut litera ipsius super hoc confecta testatur, & postea confirmatam laude & assensu puerorum meorum, pro animae meae & antecessorum nostrorum animarum remedio approbamus & per praesens scriptum sigillo nostro sigillatum confirmamus. Datum & actum anno Domini MCCLXXIII. mense Octobri,

- (y) Vixit nimirum usque ad a. clccclxxi, quo, quicquid allodii in toto mundo habuit, monasterio Wadegotiensi legavit.

mitatu successit (z), & Johanna, coniux Domini de Claromonte (a). Haud absque controversia Mechrildis post sororis suae obitum occupavit Comitatum Saraepontanum. Episcopus enim Metensis Laurentius, tanquam Dominus directus, graviter id tulit causamque praetexuit, feminis vi consuetudinis in Germania haud in Comitibus & dominiis beneficiariis succedere licere, nisi antea de iis investitae fuerint (b). Haud igitur quidem controversiam de successione in Comitatu movebat

(z) *Anselme l. c. Elle (Laurette) n'eut point d'enfans du Seigneur d'Aspremont, ni d'un nommé Loup, son second mary, qui voulût s'emparer du Comté apres la mort de sa femme, mais les autres soeurs l'en empecherent, & Mabaut, qui estoit pour lors l'ainée & mariée à Amé de Moutbeliard, Seigneur de Montfaucon, s'en mit en possession sans avoir pris l'investiture de l'Eveque de Mets.*

(a) *Anselme l. c. has nuptias non cognovit. Refert enim haec de Johanna: Jean de Sarbruche, l'autre soeur, mourût sans alliance, que l'on scache. Sed cum a. clccclxxxx Johanna, Domina de Claromonte, filia nobilis viri b. m. Synonis quondam Comitis Saraeponti legatum quoddam fecit in elemosynam de consensu & voluntate liberorum suorum, clarum est, eam matrimonio iunctam fuisse Domino cuidam de Claromonte; quae appellatio si eadem est cum illa de monte claro, nupta fuisset Domino de Monclair.*

(b) *Anselme l. c. Mabaut de Sarrebruche, Dame de Montfaucon, s'étant mise en possession du Comté de Sarrebruche & de la terre de Warnesperg, apres la mort sans enfans de sa soeur ainée, l'Eveque de Mets soutenant, qu'elle ne pouvoit sans avoir eu auparavant son investiture, & fait l'hommage, les femmes suivant l'usage de l'Allemagne ne succedant aux Baronies sans permission, decerna com-
mission*

vebat Episcopus, sed de eo, quod Mechtildis nulla praeuia
 permissione aut investitura illam occupaverit (c). Quamvis
 vero Episcopus praesidium sibi in excommunicatione adver-
 sus Mechtildem, Comitissam nunc Saraepontis, parare vo-
 luerit, tantum tamen abfuit, ut haec commoveretur, ut
 potius possessionem suam tueretur usque ad mortem suam.
 Quae cum accidit a. clcccLxxiiii, reliquit Comitatum Sarae-
 pontanum Simoni filio, quem altera familia Saraepontana,
 & ea, quae saec. XIiiii anno LXXX extincta est, & illa,
 quae a Commarceio nomen accepit, agnovit auctorem (d). Is
 demum cum Episcopo de Comitatu suo ita transegit, ut ab

G g 2

hoc

*mission au mois d'Octobre 1271. pour la sommer de sen deporter
 sous peine d'excommunication & d'interdit, offrant de lui rendre
 Justice par les hommes de sa cour; mais elle ne laissa pas de s'y
 maintenir jusques a sa mort arrivee en 1274, laissant ce comté a
 Simon son fils, qui en prit le nom & le titre, qu'il transmit a sa
 posterité.*

(c) Consuetudo nimirum antiqua est feudorum Metensium, ut me-
 re hereditaria sint & ad feminas transferantur. Nescio igitur,
 qua ratione Episcopus postulare poterit, ut Mechtildis demum
 succedendi potestatem a se peteret; praesertim cum iam a.
 clcccxlvii Jacobus Episcopus Loretam primogenitam caeteras-
 que filias Simonishabiles efecerit, quae in feudis succederent.
 Conf. supra p. 224 not. (p).

(d) Ultimus familiae Comitum illorum Saraepontis fuit Johannes II,
 cuius filia unica Comiti Johanni de Nassau in matrimonium
 collocata ex testamento paterno haeres Comitatus Saraepontani
 facta est, ex quo tempore illum obtinuerunt Comites Nassovii.

Ex

hoc investiretur a. clccclxxvii (e), quo eodem anno elemosynam antea jam Wadegotiensibus a Laureta Comitissa Saraepontis matertera sua, & a matre Mechtilde, etiam postmodum Comitissa Saraepontis, confirmatam iterum corroboravit (f). Ex omnibus igitur iis, quae de veteri familia Saraepontana in masculis extincta, atque de Comitatu Saraepontano, tam beneficiis a Merensi Episcopo pendentibus, quam allodiis ad filias iure haereditario translatis, diximus dictaque demonstravimus, Comites Geminipontis veterum Comitum Saraepontanorum agnatos nihil iuris in eorum ter-

G g 3

ris

Ex eadem vero secundae familiae Saraepontanae stirpe progressum etiam est genus eorum, qui dicti sunt Domini de Commercy, quorum ultimus Robertus de Sarbrucken, Comes Briennae & Dominus de Commarceio a. clbxxv absque haeredibus masculis vita defunctus est; cf. *Anselmium* saepius laudatum p. 1326 - 1330. Habemus vero & nos haud pauca, quae ad illustrationem novae huius familiae Saraepontanae pertinent, ac, si quando loci temporisque ratio feret, in lucem prodibunt.

(e) *Anselme*, l. c. Il s'accorda apres la mort de sa mere avec l'Evêque de Metz touchant le Comté de Sarrebrucke, en receut l'investiture & lui en fit l'hommage le lendemain de S. Pierre S. Paul 1277. Consentunt haec cum iis, quae *Meurissius* hist. des Evêques de Metz L. III. p. 477. ex tabulario Episcopali refert: La cinquieme du vendredy d'apres la feste de S. Pierre & de S. Paul mil deux cents septante sept, qui est semblablement un acte de l'investiture, dont cet Evêque Laurent investit Simon Comte de Sarbruche du fief meme de Sarbruche.

(f) *Universis Christi fidelibus praesentem paginam inspecturis Simon Comes Saraepont. & Dominus de Commerccii, Metensis Diocesis, salutem*

ris habuisse pater. Divisa enim erat iam saec. XII haereditas
 Simonis I inter filios, Simonem II Comitem Saraepontis &
 Henricum I Comitem Geminipontis. Allodia igitur cedere
 debebant filiabus tribus, feudum vero Metense, quod, ha-
 buerant, seu castrum Saraepontis erat ex natura feudorum
 Meten-

*salutem & veritati subscriptae fidem adhibere. Cum ex pia de-
 votionis affectu ad ecclesiam Wadegotiensem, Praemonstratensi
 ordinis Trev. dioecesis, nostri progenitores singulariter habuisse
 perhibentur: ipsam ecclesiam Wadegotiensem diligere & omni studio
 promovere merito debeamus. Innotescat igitur universis, quod
 eleemosynam dilectae materterae nostrae Lauretae, quondam Co-
 mitissae Saraepont. & Mechtildis, piae memoriae matris nostrae
 Comitatus Saraepont. etiam postmodum Comitissa, religiosi viri
 Abbati & conventui praefatae ecclesiae Wadegot. de pascuis ad opus
 & usus animalium ipsius ecclesiae in Warant, & in tota terra sua
 & de quadringentis porcis pascendis sine demo, quandocumque
 glandes ibidem esse contigerit, & de lignis ad aedificia, & omnes
 officinas dictae ecclesiae de novo paranda & reparanda, seu reno-
 vandas & conservandas officinas quandocumque necesse fuerit, &
 de lignis aridis, inutilibus & iacentibus ad quaslibet ipsius eccle-
 siae necessitates accipiendis -- laude & consilio pariter & assensu
 Dominae Matbildis uxoris meae & omnium puerorum meorum
 approbamus & ratum habemus & habere volumus a nostris suc-
 cessoribus universis, eandem praesentibus confirmantes, cum etiam
 si vellemus, quod absit, dictam eleemosynam infringere vel revo-
 care, rationabiliter non possemus -- in cuius rei testimonium sigil-
 lum nostrum una cum sigillo uxoris meae memoratae praesentibus
 est appensum. Actum & datum an. Domini MCCCLXXVII men-
 se Julii.*

(g)

Metensium patrimoniale (g), idque adeo primum filia natu maior Lauretta, dein hac sine haeredibus defuncta altera filia Mechtildis, tum eius filius Simon, quem Illi vocamus, exclusis agnatis, quibus nihil amplius in eo iuris erat, post divisionem obtinere debebant. Habuerunt tamen Comites Geminipontis advocatiam & dominium monasterii Wadegotiensis a progenitoribus suis, Friderici nimirum Saraepontani uxore vidua Gisela & eorum filio Simone I, Comite Saraepontis, fundari. Testes huius rei habemus tabulas Eberhardi, ultimi Comitis Bipontini, ab Henrico I Bipontino recta linea descendens, qui cum a. clcccclxxxv Comitatus sui allodialis, castrorum scilicet Geminipontis, Hornbaci & Tabernarum montanarum, ac terrarum iuriumque ad dicta castra spectantium, partem alteram dimidiam statim vendidisset, alteram vero in feudum obtulisset Ruperto I Palatino Electori, etiam quicquid in monasterium Wadegotense ex haereditate maiorum habuit iuris, eidem Palatino Principi ex dimidia assignavit, eumque in finem mandata ad Abbatem conventumque eius monasterii misit (h). Hoc autem modo

(g) Cf praeced. not. c. Quamvis enim veram concedamus esse consuetudinem, quae refertur in collectione consuetudinum Metensium a. clbci edita: *Les fiefs situés deca la riviere de Sarre sont generalement patrimoniaux, & ceux qui sont au dela masculins*; feudum Saraepontanum tamen tanquam Metensibus cis Saranum est mere haereditarium.

(h) Vide has litteras in *Jobannis miscellis histor. Palat.* ac maxime Bipon-

modo inter alia loquitur Comes Geminipontis :
 Wir Eberhart, Graue zu Zweinbrücken -----
 Darumb so heissen vnd gebietten wir den Erwürdigen Herrn,
 dem Ayt, Convente vnd Capitel des Closters zu Wadegas,
 Premonstrenher Ordens, im Neher Bistum gelegen (i), mit
 Krafft dis Vnsers offen Brieffes, yn allen vnd ir iglichen
 besunder, das ir vnd uwer Nachkommen dem obgenant.
 Vnsrem gnedigen Herren Herzog Ruprechten dem eltern
 vnd sinen Erben fürbaß ewelichen dienend, wartend, gebor-
 same vnd verbunden sollent sin zum halben teile vnd ... als ir
 werm Herrn und Vogte zu allem Rechten, Vogtien, Frihet-
 ten, Gewohheiten, vnd Herkommen, als wir vnd unser
 Altfordern von Rechte und Gewohheit wegen zu vch, v-
 werm Closter, vnd wern luten vnd guten gehabt han vnd
 haben sollen vnd mogen -- Geben zu Zweinbrücken off den
 Freitag nach dem Sondag Letare, halbfasten, nach Christus
 Geburt druzehen hundert iare, vnd in dem fünff vnd Acht-
 gestn iare. Nihil potest esse magis apertum clarumque,
 quam haec non advocatae solum, sed domini quoque in
 monasterium Wadegotiense professio. Contraria huic qui-
 dem

Bipontinae, Spec. I. animadvers. in *Tolnerum* n. IV. p. 21 seq.
 cf. Herzog Elsassische Chronick, L. V. p. 38.

- (i) Wadegotiam non in dioecesi Trevirensi, sed Metensi antiquis temporibus sitam fuisse, colligere licet ex indice Chamoyiano: Liste des lieux compris par la dernière clause du IV Article du traité de Ryfwic, ubi ad dioecesin Metensem referuntur p. II. Offi-

dem esse videtur notitia Adalberonis Trevirensis Archiepiscopi, qua fundatio monasterii enarratur: *Gisela, Comitis Frederici de Sarbrucken vidua una cum filio suo Simone, omne patrimonium, quod habuerunt in villa Wadegosingen, exceptis solis ministerialibus --- beato Petro (Trevirensi) --- cum omnibus appendiciis & tam integralibetate contradidit, ut nec advocatiam, nec cuiusque iuris potentiam, sibi vel cuiquam haeredum suorum retinuerit.* At recte cum cel. Hertio (k) monemus, ius territorii generali concessione non venire, & superioritatem territorialem in concessione, etiam generalioribus verbis facta exceptam semper intelligi, nec a concessione unius alteriusque speciei regalium ad aliam & diversam, utut similem, recte inferri. Dein quamvis monasterio concedamus sive cui illud traditum est, ecclesiae Trevirensi, ipsis concessam fuisse iurisdictionis speciem, imam scilicet & simplicissimam, quae dominicalis, praediarum & coloniarum audit, haec tamen superioritati territoriali

Office de Vaudrevange & Berus, Balderfangen & Berus. Iam hae praefecturae ambiunt monasterium Wadegotiense ad Saram situm. Interpolatum igitur est a monachis documentum illud, quod supra not f. exhibitum est, cum in eo monasterium illud in dioecesi Trevirensi esse dicatur. Immutati tamen sunt post saec. XIII, nescio quando & qua ratione, fines dioecesis Metensis, ut iam dictum monasterium Archiepiscopi Trevirensis tanquam dioecetani sui sacrae potestati subfit.

(k) Vide eius egregiam prorsus dissert. de iactata vulgo ordinis Cisterciensis libertate & exemptione a superioritate territoriali, per

ali nihil quidquam derogare potuit, aut debuit; adeo ut limitata iurisdictio limitatum tantum pariat effectum. Praecipit dein idem *Hertius*, ut in fundatorum aut donatorum instrumentis diligenter consideretur, an fidem mereantur, an scriptura sit publica, an privata. At sincerum etiam sit documentum a Trevirensi Archiepiscopo scriptum, est tamen illud pro notitia privata habendum. Neque enim illam *Gisela* aut *Simon Saraepontanus*, de quorum iuribus agebatur, confessione sua aut testimonio corroborarunt. Ipsa autem notitia tantummodo de patrimonio loquitur, iuraque in eo concessa hoc modo enumerat: *Sunt autem haec, quae tradidit, ecclesiam cum universis decimationibus, dominicalia sua, mansionarios cum mansis, & cum omni eorum iustitia* (1), *mancipia utriusque sexus, agros, silvas, prata, pascua & inculta, aquas aquarumque decursus, molendina, piscationes cum omni utilitate, quae ullo modo inde provenire poterit.* Complectitur vero illa donationis ab *Henrico III Imp. a. clolxxx* *Sigeberto Comiti Sargoviae* factae formula etiam *venationes, exitus & redditus, via & invia, quesita & inquirenda.* Ergo ne quidem fundatores ius patrimoniale, quod ex Imperatoris traditione in *Wadgassen* habuerant, omne concesserunt, sed quaedam sibi reservarunt, ministeriales quoque suos, qui illa exercerent, expresse exceperunt. Quum vero etiam totum ius patrimoniale nondum efficiat supremam iurisditionem,

H h

quam

per totam & maxime *Secl. II. §. xxvi. sq. in Opuſcul. vol. II. T. II p. 156. sq.*

- (1) *Iustitia* igitur haec s. iurisdictio in decimationibus, dominicalibus, mansis & mansionariis, haud certe alia est, quam colonaria & inferior, quae etiam in milites seu ingenuos cecidit. Vox *iustitia* in chartis veteribus ad iura varii generis designanda.

quam Comites in pagis Imperatorum nomine administrabant, quis adeo insanus sit, ut cum villa Wadegassen iam ante Henrici IIII donationem, cum esset in patrimonio Regis, fuerit sub potestate Comitum Sargoviae, hanc cum iuribus quibusdam patrimonialibus contraditam fuisse velit. Habebat Trevirensis ecclesia & civitas ipsa hoc saeculo suos, quos revereri debebat, Comites atque praefectos, Comites nimirum Palatinos. Manserint igitur oportet pariter Comitibus Saraepontanis iura a regibus ex imperio pendentia, iisque concedita. Atque his iuribus familiae fundatorum reliquis accreverunt sine dubio successu temporis plura, quibus Archiepiscopus Trevirensis renunciasse existimandus est. Neque enim is unquam ius advocatiae, imo dominium Comitum Geminipontis &, qui in horum iura & patrimonium successerunt, Comitum Palatinorum Rheni impugnavit. Quare haud sine summa iniuria factum, ut cum hi inde a Ruperto II Comite Palatino & Electore usque ad Wolfgangum, Ducem Bipontinum, illud exercuissent, lite saec. XVI. a monasterio legitimis suis Advocatis & Dominis intentata ipsi, causa caderent, inscitia documentorum & antiquitatis; ne dicam alia. Transit postea dominium & advocatia monasterii ad Comites Nassovios Saraepontanos. Sed horum quoque superioritatem infringere studuerunt monasterii coloni, nulla alia re, quam divitiis, arrogantia & calumnia ad dominorum suorum imperium excutiendum insignes; unde accidit, ut Comites Saraepontani Nassovici factam de imperio suo minutionem saepius querendi causam habuerint. De his satis.

§. VI.

TABULA I GENEALOGICA,

quae Comites Saraepontanos ex Sigeberti I, Comitis in Sarenſi pago inferiori, ſanguine ortos ſiſtit.

<p>SIGEBERTUS I, al. <i>Sigehardus</i>, Comes Sargoviae inferioris, cui Henricus III Imp. villam Wadgassen an. 1080. donavit, quem ex familia Alfatia oriundum fuiſſe coniecimus §. V, n. 2.</p>	<p><i>Fra- tres.</i></p>	<p>WINTHERUS, Abba Laurishamensis 1078 Episc. Wormat. schismaticus 1087, abdicat se & in mon. Hirſaug. † 1090. n. 2.</p>
--	--------------------------	--

<p>SIGEBERTUS II Comes, occ. a. 1122, & in confirm. papalibus in grariam Wadegorientium ſcriptis; n. 3 & 5.</p>	<p>ADELBERTUS I Cancellarius Henr. V Imp. praepositus S. Cyriaci Neohufae prope Wormatiam, designatur an. 1111. Archiepiscop. Moguntinus huius nominis † 1137. ſep. in mon. Erbach. n. 3.</p>	<p>BRUNO Can. Spirensis & Custos, Abb. Limburgensis ad Hartam ſuccedit in Episcopatu Spirensi a. 1110, † 1124, ſep. in mon. Limburg. n. 3.</p>	<p>FRIDERICUS I, Comes Saraepontis, occ. an. 1122-1129. † ante a. 1135, quo ex ipsius ultima voluntate monasterium Wadegotienſe fundatur. Vx. GISELA, Francica, quae familiae Saraep. allodia olim Salica in pagis Wormat. Spirensi & Bleſenſi attulisse videtur, fundat cum filio Simone an. 1135 mon. Wadgassen n. 3 & 4.</p>
---	---	--	---

<p>SIGEBERTUS III, occ. 1159, 1171 in patriam progenitorum ſuorum, Alfatiam, rediſſe ibique Comitatu Franckenburgenſi ſ. Werdano auctus fuiſſe, adeoque Comitibus VVerdanis, Alfatiae inferioris Landgraviis, originem dedisse videtur.</p>	<p>SIMON I, Comes Saraepontis, Advocatus ecclesiae & Comes urbis VVormatiensis, plura praedia in pago Worm. Spi. Bleſenſi poſſidet, quae dein Comitatum Bipontinum conſtituerunt, oc. a. 1135-1180. n. 7. cuius poſteros ſiſtit <i>Tab. II.</i></p>	<p>ADELBERTUS II praepositus S. Petri, S. Stephani Moguntiae, S. Mariae in Erfurt, tandem ſuccedit patruo in Archiepiscopatu Mogunt. 1138 † 1141. n. 6.</p>	<p>AGNES, quam <i>de genere Comitum de Zwainbruck & Sarbruck</i> fuiſſe dicit <i>Conradus Vyſperg.</i> Vx. ſecunda <i>Friderici II</i> coclitis, Ducis Sueviae circa a. 1135 n. 6.</p>
---	---	---	--

CONRADUS, Dux Sueviae & Francia natus, efficitur Comes Palatinus a. 1156 a fratre Friderico I, Imp. vocatur abſque certo fundamento *Tolnero* aliisque *Comes Geminipontis*, n. 6.

TABULA II GENEALOGICA,

quae Comites Saraepontanos a Simone I, Sigeberti I, nepote progenitos, & in iis primum Comitem Gemnipontis sistit.

SIMON I, de quo vide Tab. I, & §. V, n. 7.

SIMON II Comes Saraepontis, & Advocatus novi monasterii prope Otwillam 1186, occ. etiam 1196-1216. † ante 1220	FRIDERICUS occ. a. 1180. n. 8.	HENRICUS occ. a. 1180 & primum audit Comes de Sarbruck, dein post divisam, ut viderur, hereditatem Comes Gemnipontis 1191 seq. n. 8 & 9. De cuius posteris tota pars II Origg. Bip. ager.	GODFRIDUS Comes de Sarbruken, Can. Mogunt. anno 1187. n. 8.
VX. LUCARDIS, Liningensis, vidua a. 1220, de- nuo nupfit Lotbario Comiti Vvedano n. 8, 9.			* HADVIDIS <i>dub.</i> n. 8. not. l. mar. Hugo II, Comes Vademontanus. JUTTA <i>dub.</i> Folmari II, Comitis de Caltris uxor, n. 8, not. l. pag. 213.

SIMON III, Comes Saraepontis, occ. 1220-1232, fundavit circa a. 1227 domum ordinis sacri equestris Teutonici prope Saraepontum, & mon. VVadegotiense insigni liberalitate ornavit † circa a. 1235. n. 10.
VX. LAVRETTA, f. Frid. I, D. Loth.

HENRICVS Comes de Saraeponte *dub.* praep. Neohufanus & Archidiaconus VVormatiensis, dein praepositus ecclesiae maioris, post a. 1217 Episcopus VVorm. † 1234. d. VIII. Kal. Oct. vid. n. 9. & Schannati Hist. VVorm. p. 371.

SIMON, Comes de Sarbrucken † antepatrem circa a. 1227	EBERHARDVS <i>dub.</i> mo nachus Dominicanus † circa a. 1233, worin. n. 9, p. 219. & n. 10.	STEPHANNVS <i>dub.</i> praep. neohuf. & Archidiac. VVormat. huius nominis II. 1233 seq. † 1263. n. 10, p. 222.	LAVRETTA succ. patri in Saraep. circa a. 1235. † 1271. n. II. Mar. I. JOFFRIDVS, D. Asperimontis & ob uxorem Com. Saraep. † 1248. sine haerede.	MECHTILDIS succ. sorori in Comit. Saraep. † 1271. Mar. A. MEDAEVS Montisbelig. D. Montisfalconis &c.	JOANNA oc. 1235-1285. Marit. N. N. Dominus de Cloromonte.
---	---	--	---	--	---

SIMON IIII Com. Saraep. & D. de Commercy auctor familiae II Saraep.

§. VI.

Postquam genus Saraepontanum, ex quo tanquam stirpe sua orta est familia Comitum Geminipontis, pro documentorum copia, & prouertit fert temporum longinquitas, satis illustravimus, demonstrandum nobis est, qua ratione terrae illae iuraque, quae olim Dynastarum Salicorum fuerunt, ad Saraepontanos Comites pervenerint, atque sic Comitatus Bipontinus coaluerit. Haud parum ea res habet difficultatis, quum clara & expressa desint rerum testimonia, & omnis argumentandi ratio ita tantummodo comparata sit, ut probabilem efficiat hypothesin nostram. Neque vero in hoc rerum genere desideret aliquis eam certitudinem, quam fere nulla originum rerum publicarum in Germania enarratio attingere potest, aut cum hanc assequi non liceat, quicquid verisimiliter disputari potest, in contemptum adducere minus recte velit. Quodsi & familiae Salicae omniumque eius propaginum pleniorer haberemus notitiam, & quas vicissitudines Dynastarum ex eadem stirpe oriundorum bona atque patrimonium subierint, curatius nossemus, facilius quoque in rebus patriis definiri quicquam posset. At quamvis a summo *Koelero* genealogia familiae Salicae, quae quatuor Imperatores regno Germanico dedit (m), eo modo illustrata sit, ut, quae ad familiam Spirensis ab Henrico Ottonis Wormatiensis & Carentinorum Ducis filio factam, dein Augustam, cognoscendam pertinent, satis recte iam sciamus: haud tamen alteram, quam Wormatiensem,

I i

Wip-

(m) In Diff. geneal. fam. Aug. Francor. Tab. II. & probb.

Wippon praeeunte, vocamus (n), caeterasque gentes, quae ab eadem stirpe vel per mares vel per feminas inde ortae sunt (o), pari lumine collustratas fuisse pronunciamus. Si enim Cunonem, alterum Ottonis Wormatiensis filium atque Henrici, Ducis Francorum, a quo familia Spirensis progressa est, fratrem intueamur, quis sibi persuadeat, ipsum, cuius frater iam ante a. lccccclxxxviii, quo nimirum obiit (p), coniugem duxerat, ex eaque liberos tres, quantum scimus (q), procreatos reliquerat, anno demum clov nupfisse; quod illi, qui eidem solam Mechtildem, Hermanni II Ducis Alemanniae ex Gepa Burgundica filiam haeredem (r), tribuunt uxorem, dicant oportet (s). Cunoni certe huic, antequam Mechtildem in matrimonium duxit, fu-

-
- (n) *Wippo* enim de vita Chunradi Salici p. 424. Cunonem iuniorum Cunonis I filium & Ottonis Worm. nepotem vocat Wormatiensem, Ducem Francorum.
- (o) cf. supra p. 122 & 123 not. (p).
- (p) *Koeler* l. c. Tab. II & probb. 6.
- (q) Conradum scil. Salicum, dein Imperatorem, Gebhardum III Episcopum Ratisbonensem & Juditham; cf. tamen, quae supra §. II, p. 122 & 123 diximus.
- (r) Appello eam haeredem. Neque enim sola Gifela fuit haeres fratris Hermanni III, Alemanniae & Alsatiae Ducis, sed etiam altera soror eius Mechtildis, Cunonis Ducis Francorum & Carinthiae uxor. Colligimus hoc ex eo, quod ad a. cloxxxv Ducatum in Alsatia obtinuerit Conradus iunior illius filius, cf. *Schilter* in notis ad *Konigsbovii* Chron. XIX Anmerkung §. XIII p. 1067.
- (s) Ita tradunt *Koelerus* l. c. & doctissimus *Froelich* in *Archontol. Carinth.* part. I, p. 19.

fuisse uxorem Juttam, discere licet ex Adelberti I Archiepiscopi Moguntini diplomate, quo bona Coenobio Disibodenbergenſi a benefactoribus, praefertim Willegiſo (qui Moguntinae eccleſiae inde ab anno certe lccccclxxv uſque ad a. clxxi praefuit) collata ſigillatim recenſer, atque eidem confirmat(t) *Eodem enim, inquit Adelbertus, tempore (Willegiſi) Dux Cuno de Beckelnheim & uxor eius Jutta, divitiis, potentia, & nobilitate precipui, ob remedium animarum ſuarum, pro recordatione filiae ſuae Vde, iam ibidem defuncte inſtinctu & rogatu eiusdem Venerabilis Archiepiſcopi, duos agros viginti iugera ſecundum veram ac firmam eſtimationem hominum continentes ſalicae terrae & duos manſos a colonis poſſeſſos in villa Boys S. Dyſibodo in proprietatem contradiderunt (u).* Apparet hinc, Cunonem Ducem Francorum, Ottone I, qui tum temporis Carentinum Ducatum adminiſtravit, natum, in caſtro Beckelnheim, quod in pago Wormatienſi & Navenſi

I i 2

ſitum

(t) Datum eſt hoc Adelbertinum diploma a. clcxxxviii & legitur in *Johannis Spicil. I. Tab. litterarumque veterum, Diplomata Diſibod n. V, p. 101-112. vid. p. 104 & in ill. de Gudenus cod. dipl. T. I, n. XXIX, p. 67-75. vid. p. 70.*

(u) Villa Boos ad Navam inter Beckelnhemium & Sobernhemium ſita igitur in patrimonio familiae Francicae fuit. Advocatia eius ſaec. XIII ad Comites Geminipontis ſpectabat, & ab iis beneficii loco militibus concedebatur; cf. *Johannis Spicil. Tab. Diplom. Diſibod n. XXXV, p. 178.* Comites Geminipontis in eadem regione Navae vicina, villas Duchrot & Oberhauſen, tanquam Domini directi, habebant, Saraepontani vero Comites Advocatiam in Ebernburg ad Navam.

frum est (v), sedem habuisse indeque cognomen sortitum esse. Idem vero cum iam a. clocv patri Ottoni successerit in Ducatu Carentino, castrum Beckelnheim in potestatem Imperatorum ex familia Salica Spirensi venisse videtur; cum illo ipso anno Henricus V Imp. patrem suum Henricum III Imp. in dicto castro captum detinuit (w). Cuno autem Dux obiit a. clocxii, relicto ex altera coniuge Mathilde filio Cuno II Wormatiensi, qui Francorum Dux existit & a. clocxxxv Carentinorum quoque Ducatum consecutus est, & Brunone Episcopo Wirceburgensi (x). Idem Cu-

- (v) Inter loca pagi Wormaciensis refertur ab huius descriptoribus. Cum autem ad Navam situm fuerit intra locorum, quae ad Navensem pagum spectant, ambitum, huic quoque est accensendum; distinguendum vero etiam a castello Beggelenheim, quod Godofrido Duci Lotharingiae Henricus III Imp. a. clocxxxx teste *Hermann* contracto eripuerat. Fuit enim hoc Lotharicum, nostrum vero Francicum, quod non animadvertit *Hontbemi*us in enumeratione locorum pagi Navenfis in hist. dipl. Trev. T. I Differt. saec. VII praemissa §. XVII, p. 67. Videtur autem Cuno, postquam Otto Wormaciensis, eius pater, palatium suum Wormaciense vendiderat, alibi sedem quaesivisse, eamque in hoc castro fixisse; sicuti Conradus Salicus in castro suo gentilitio Limpurgo ad Hartam confederat.
- (w) Vid. *Annal. Hildesheim* ad a. clocv in *Leibnitii* script. Brunf. T. I, p. 375 & conf. *Orat.* de praefectura Beckelnheimensi, Biponti editam a. clocxxxii.
- (x) Vid. *Annal. Hildesheim* ad a. clocxxxiii in *Leibnitii* script. Brunf. T. I, p. 707. In tabulam II. Genealogiae familiae Augustae Francicae a cel. *Koelero* conditae irrepsit error, cum Bruno, qui frater fuit Cunonis iun. Wormatiensis, Ducis Francorum & Carentinorum, huic tanquam filius adscribitur. Idem error emendandus est supra in Tab. fam. Aug. Francicae cap. III adiecta.

Cuno iunior, qui *Wipponi* audit Wormatiensis Dux Francorum, & Dux Wormatiensis (y), vocatur ab *Ottone Frisingensi* Dux Vangionum (z). Jam si cogites, avum eius Ottonem Comitatum pagi Wormaciensis, & qui huius pars erat, Navenfis a patre Cunrado Duce Aufrasiarum haereditario quasi iure accepisse (a), Ottonis quoque filium Cunonem I, in castro Beckelnheim in pago Wormatiensi & Navenfi sito sedem habuisse: haud dubium erit, quin Cuno II eundem Comitatum tenuisse iudicandus sit, prius saltem, quam Ducatu Carentino auctus est. Comites hi primarii Francorum sive Duces (b) ab Imperatoribus & Saxonibus

I i 3

&

(y) De vita Chunradi Salici p. 432, 434 & 443.

(z) Chron lib VI, cap. XXVIII.

(a) cf. supra c. III, §. XI, not. (s) & (v) p. 113 & 114.

(b) Habuerunt nimirum praeter Comitatus pagi Spirensis, Wormatiensis & Navenfis, Lobodengowe, Craichgowe, Defengowe, de quibus supra l. c. dictum est, etiam pagum Rhenensem. Conf. *Freberi* Origg. Palat. notit. locorum pagi Rhenensis p. 51: *Steine locus iuxta fl. Rhenum in Comitatu Cunradi Ducis; Kettneri* antiqq. Quedlinburg. dipl. XX, n. 26. ubi Otto III non. Febr. a lcccclxxxv Abbatissae Quedlinburgensi Mechtildi de sua proprietate *Civitatem Triburis in Francia & in pago Rinichgowe in Comitatu Cunonis Ducis Wormatiensis*, qui filius erat Ottonis Ducis fraterque Henrici, dedisse legitur; excell. *Buri* deductionem, quam scripsit de foresto dicto *Dreyeicher Wannforst*, ubi in diplomatibus a lcccclxxxvii scriptis Tribur & Seckbach in Comitatu Conradi Ducis (Francorum & Lotharingorum) fuisse dicuntur p. 16 & 17. Jll. de *Gudemus* Cod. dipl. Mog T. I, p. 14 etiam documentum denuo edidit, quo Otto III Imp. a lcccclxxxvi de consensu Cunradi Ducis forestum quoddam Archiepiscopo Moguntino donat.

& Francicis iisque consanguineis Ducatui Carentino & Marchiae Veronensi ideo praefecti fuisse videntur, cum quod provincia ista & Italiae & Boioariae crebris seditionibus antea turbatis vicina peculiari eoque fidelissimo indigebat Duce, tum quia absentes malebant Comites Ducesve potentissimos a terra Rhenensi, quam sic magis suo se nutu & absque Ducum potestate aemula regere posse existimabant.

2. Subfuerant autem Comitibus istis maioribus sive Ducibus praeter complures pagos etiam urbs **V**Vormatiensis, ita uti Spirensis. De Spira quidem praeclarum nobis praebent testimonium Conradi Wormatiensis, dein Lotharingorum Ducis, litterae, quibus & iura sua propria & omnem potestatem, etiam iudiciariam, quam ex regali traditione possederat, Episcopo Spirensi concessit (c). **V**Vormatiae similem potestatem tenuisse Ottonem Conradi filium, colligimus ex Ottonis II diplomate, quo ecclesiam **V**Vormatiensem a. **l**öccccLXXIX insignibus iuribus auxit (d). Ita enim il-

(c) Vid. *Eisengrinium* in Chron. L X, fol. 168 & *Johannem de Mutterstatt* in Chron. Spir. apud *Senckenbergium* in Select iuris & hist. T. VI, p. 154. cf. programma nostrum historisch rechtliche Gedanken von dem Ursprung des Pfälzischen Münz-Regals §. 3, p. 8, sqq. Advocatiam vero etiam ecclesiae Spirensis Duces Francorum habuere, a quibus illa propagata est cum Ducatu ad Sueviae Duces. Vid. *Lebmanni* Chron. Spir. L. V, c. LXV, p. 469 edit. Fuchsi.

(d) Luce eam donavit immortalis originum Guelficarum indagator, ill. *Scheidius*, in notis ad familiam Gibellinam Eccardi, T. III, p. 295, unde eam desumptam denuo expressit consult. *Moritz* in Libro pro civitate Wormatiensi scripto: historisch diplomatische Abhandlung von dem Ursprung derer Reichs Städte p. 207.

ille: --- *Quicquid nepos noster atque equivocus, Otto Wannie intra urbem, vel in suburbio tam in bannis, quam toletis visus est nostra ex parte tenuisse, nostre auctoritatis perpetim habendum condonamus privilegio.* Eundem in modum loquitur Otto III in confirmationis charta a. lccccclxxxv, quo sub Willegisi tutela fuit conscripta (e): *quicquid suus nepos ac noster aequivocus Otto intra urbem Wangionensem, vel in suburbio tam in bannis quam toletis visus est regia & imperiali parte tenuisse* Postquam haec omnia a patre Ottone Hildeboldo Episcopo Wormatiensi concessa donatione nova confirmavit, sic pergit: --- *praecipientes, omnes cuiuscunque negotiationis utilitates toletis videlicet & bannis, sive ex ipsa urbe vel de suburbio villaeve adiacentis confinio provenientes idem Hildeboldus Episcopus sui que successores ut reliquarum ecclesiarum Mogontiae atque Coloniae praesules pleno iure possideant & nullus comes vel iudex, aut aliqua iudiciaria persona in praedicta civitate Wangione ullam deinceps exercent potestatem, praeterea, nisi is solus, quem pastoralis dignitatis solertia praefecerit Advocatum.* Cum exemptio haec ecclesiae Wormatiensis a potestate Comitis caeterorumque iudicum, qui Comitis erant vicarii, referatur ad concessionem eidem factam, intelligitur, potestatem iudiciariam eo trahi non posse, quin hanc Comiti intactam fuisse relictam. Neque vero *Schannati* ambitiosa opinio est probanda, qua exemptionem istam a potestate Comitum in rebus, quae teloneum bannumque vulgo dictum Pfenningbann respiciebant, in translationem potestatis iudiciariae & Comitatus

to-

(e) In *Schannat. hist. Worm. cod. prob. n. xxx p. 26, & Moritz l. c. p. 258.*

totius convertere voluit (f); neque fucata consultissimi viri Moritzii (g) demonstratio, qua is novissime autonomiam dictae urbi iam antiquissimis temporibus propriam fuisse, efficere voluit, verioris doctrinae iuris publici sectatoribus placere potest (h), qui rectius omnes civitates, ex quo Germanorum respublica in Ducatus divisa fuit, Ducibus sive Comitibus a Caesare praefectis paruisse statuunt (i). Quando autem tractum Rhenensem nulli Duci, sed soli Imperatori subfuisse opinantur (k), minus iis assentiri possumus, cum

cu-

(f) Hist. Worm. P. II, c. I, p. 198.

(g) Conf. Moritz in libro citat. per totum.

(h) Imbecillitatem opinionum Moritzianarum praeclare ob oculos posuit vir inter Juris Germanici & publici & privati interpretes egregius D. G. Struben, in opere dicto *Lebensstunden V. Theil XXXVIII. Abhandlung von Städtischen Reichsvogteyen.*

(i) Quamvis in eo discrimen inter eas intercesserit, quod ex aliis civitatibus Reges ipsi caperent redditus fiscalinos, ex aliis vero hi penderentur Ducibus; unde vel regales vel praefectoriae appellabantur. Struben l. c. §. VII, p. 322: Zu den Zeiten, als der Civitatum regaliū & praefectoriarum Meldung geschieht, gehörten alle Städte dem Kayser, und die Herzoge, Graven und Bögte waren seine Officiales. Ist es glaublich, daß man deren einige regales genant hat, weil sie weniger als andere den Königen unterworfen waren, das Regiment selbst anordneten, nach Willführ Gesetze machten, und die öffentliche Einkünfte verwandten? vielmehr kam diese Benahmung denjenigen Städten zu, die sich nicht selbst, sondern die eigentlich dazu bestellte Kayserliche Bediente registerten, und aus welchen der Kayserlichen Cammer beträchtliche Gebungen einfloßen.

(k) cf. Pfeffinger in Vitr. illustr. Lib. I, Tit. XVI, n. I, T. II, p. 777.

curator faciei, quam provincia Rhenana saec. X, XI & XII habuit, consideratio nos doceat, istam primum per Missos seu Camerae nuncios, dein Duces, post Comites Palatinos Ducum in Francia Rhenana successores administratam esse, de quo alibi plenius disputabimus; quamvis id facile concedamus, maiestatem Regum Germaniae perpetim in hac Germaniae parte commorantium praesentem haud parum de auctoritate Ducum detraxisse; ne dicam, Ducatum Francorum sub Imperatoribus ex hac ipsa gente absorptum fuisse per regiam potestatem. Cui igitur alii, quam Ducibus & Comitibus Francorum, qui ipsum etiam pagum VVormatiensem regebant, tribuamus Comitatum urbis VVormatiensis (1)? *Ditmarus* certe *Merseburgensis* (cuius chronicon *Brunnerus* unicum istius aevi thesaurum recte vocat, quem in pretio post *Leibnitium* quivis historiae Germanicae amator habere debet, quod res sui temporis paene solus tradidit ex

K k

fi-

(1) Unde venerabilis Abbas *Besselius* in Chron. Gottwic. p. 525. pronunciat: *Francorum Reges more suo beneficiarios Duces Wormatiae postmodum posuere, qui pro recepta medii aevi consuetudine ab ipsa Wormatiae sede Duces Wormatienses dicti.* Novi quidem, Duces hos Wormatienses ab historicis appellari & haberi titulares; quod quidem concedo, cum nullus fuerit eo tempore Ducatus Wormatiensis. At hoc non impedit, quo minus Dux Francorum sive Comes, Wormatiensis titulo ornatus, iura Comitis habuerit & exercuerit in civitatem. Sic Cuno Dux, filius Ottonis Wormatiensis alter, vocatus est Dux de Beckelnheim, quae appellatio non infert Ducatum Beckelnheimensem, sed tantum sedem principis. Quis vero inde colligat, castrum Beckelnheim non subfuisse Comitibus seu Ducibus provinciae Rhenensis & Francorum?

fide, peritissimus eorum, quae scripsit (m) ille, inquam, in
rythmis suis, qui instar prologi L. VI leguntur (n), clare tra-
didit, VVormacensem urbem *Ducum* fuisse *sub lege suorum*.
At cum ineunte saeculo XI Otto Dux *Wormatiensis* totum
praedium suum omnemque proprietatem, quam *Wormaciae*
habuerat, Henrico II in proprium tradiderit, atque hic dein
eamdem cloj reddiderit ecclesiae *VVormatiensi cum omnibus*
ad eandem proprietatem iuste & legaliter pertinentibus, id est,
areis, aedificiis, viis & inuis, exitibus & redditibus, aquis a-
quarumque decursibus, piscationibus, molendinis, mancipiis u-
triusque sexus, exceptis tribus supra dicti Ottonis servientibus
caetera [o]; tum quidem magna deminutio de iuribus pro-
priis Ottonis Ducis facta, neque tamen Comitiva & pote-
stas iudiciaria in civitate extincta est. Excidit quoque Duci
dimisso iam dominio in urbe e manibus facultas & hanc &
Epi-

(m) cf. *Leibnitii* praef. T. I scriptt. Brunf. ad n. xxix. Ditmarum
vero in iis, quae de *Wormatia* h. l. narrat, fidem omnino
mereri, praeclare adstruit *Struben* l. c. §. IX, p. 324 & 325.

(n) Vide eos in fine L. V apud *Leibnitium* l. c. T. I, p. 375 & 376.

(o) Vide praeceptum alterum *Henrici Regis* in *Sebannati* Hist.
Worm. Cod. probb. n. xli. p. 35. *Henricus* autem Imp. per
modum permutationis acquisiverat praedium *Ottonis Worma-*
ciensis teste *vita Burchardi Episcopi Wormatiensis*, in qua le-
gitur: *Istis similibusque sententiis res ista est finita, & quaedam vil-*
la, quae dicitur Bruchfella, cum omnibus utilitatibus & appen-
ditiis, pro hac domo in commutationem Duci tradita est, cf.
Freberi Origg. Pal. P. II, c. IV. Idem innuunt rythmi *Ditmari:*
Aula Ducis Domini domus est —
Hoc Rex Henricus fecit, pietate coruscus
Hanc propriis solvens rebus Christoque remittens.

Episcopum incommodis afficiendi, suaeque potestate ad eos continendos abutendi. Quare non solum Burchardus Episcopus, sed & ipsa civitas, quae se ab omnibus iniuriis nunc liberam tutamque videbat, valde ea de re laetati sunt. Manserunt interea iura Comitis in civitate VVormatiensi integra, adversus quae etiam Burchardus sibi in Imperatoris Henrici II praeepto a. c. lxxxiii praesidium parare studuit (p). Quamvis enim *Schannatus* per Comites, quos Imperator in hoc diplomate vocat *nostros*, solos intelligere velit provinciales sive pagenses, ipsi tamen contrariatur testimonium, quod idem Burchardus in notitia fundatae a se ecclesiae collegiatae S. Pauli (q) biennio post praebet his verbis: *Infra hunc terminum nec Comes civitatis, nec aliquis iudex aliquid agere vel exigere praesumat, excepto Episcopo vel praeposito aut Decano.*

3. Ottonis nepos Cuno II VVormatiensis postquam e vita excessit a. c. lxxxviii, Ducatum Rhenensis Franciae recepit quidem familia altera Francica Spirensis eaque Augusta, a qua ille ad Stauffensem familiam propagatus est (r). Sed

K k 2

quid

(p) *Schannat.* l. c. n. XLXII, p. 40.

(q) Idem l. c. n. XLVIII, p. 41. Mentitur tamen sanctus Burchardus, cum in ea dicit: *Qualiter ego Burchardus solo nomine Episcopus Wormatiae civitatis, quam ego praediis meis & pecunia a Duce Ottone ex magna parte redemi domum, in ecclesiam S. Pauli commutavi.* Henricus enim imp. ipse eam ob Ottone suis sumptibus acquisiverat, quod docuimus not. praeced. (o). Professio igitur haec Burchardi ipsam eius notitiam falsitatis aut certe interpolationis arguere potest.

(r) Et quidem iam Fridericus I Dux Henrici III Imp. gener auctus etiam est Ducatu Francorum. Hoc scilicet colligere li-

cet

quid de ipsius haereditate, allodiis nimirum, quae a maioribus accepta in pagis Franciae Rhenensis & a matre Mechtild de Suevica in Suevia & Alfatia (s) possederat, factum sit, altum est apud omnes silentium, nos vero saltem aliquid coniecturis assequi studebimus. Nullos is, quantum scimus, reliquit liberos. Tribuit quidem illi *Guillimannus* in Commentatione de stemmate Conradi Salici filios Cunonem, Carinthiae Ducem, huiusque fratrem Henricum furiosum, Palatinum Comitem. Sed nititur haec opinio male intellecto loco *Lamberti* Schafnaburgensis (t): *Cuono cognatus Regis Dux factus est Carentinorum*. Cognatus quidem fuit Cuono hic Henrici III Regis ex familia Francica, haud vero contanguineus. Quin cum Cunonis frater fuerit Henricus furiosus

Co-

cet ex diplomate foundationis monasterii Lorchenfis d. vii Maii a. clcxi data in *Besoldi* documentis rediuv. mon. Wirtenberg. p. 13, in quo sese vocat *Suevorum Ducem & Francorum*.

- (s) Alfatiae Ducatus, quem ipsi tribui supra p. 247 not. r) animadverti, una cum Franciae Ducatu migrasse videtur per agnatos eosque Augustos ad Stauffenses, quorum primus Dux Suevorum & Francorum se etiam scripsit Ducem Elifaziae in confirmatione foundationis monasterii in Trutenhusen apud *Obrechtum* prodr. *Rerum Alfat.* c. X, p. 228 & 229. Quid vero de praediis factum sit, obscurius.
- (t) Ad a. clcvi. *Cuono, cognatus Regis, Dux factus est Carentinorum; frater eius Henricus Palatinus Comes Lutbariorum instinctu daemonis monasticam vitam professus est in Gorzia &c.* & ad a. clclviii: *Cuono Dux Carentinorum contractis ingentibus copiis ad occupandum Ducatum suum, quem tanto tempore metu rebellionis non inviserat, primam profectionem parabat, sed morte praeventus coeptum iter non explevit.*

Comes Palatinus, illum ex genere Comitum Palatinorum Aquisgranensium ortum fuisse novimus; & quidem utrumque, non uti adhuc creditum est, Ludolfi filios, sed Hezelino, qui frater Ezonis fuit, natos alibi demonstramus. In eo tamen haud falli nobis videtur, si utrumque principem matre procreatum Salica, indeque cognatum regis *Lamberto* vocari existimemus. Probat hoc rursus lacunas, quas adhuc in schematibus genearchicis familiae Salicae esse dolemus, novis demum documentis explendas. Probant easdem, quae supra diximus de veteribus Comitibus Craichgoviae Henrici III & V tempore extinctis (u). Quis igitur neget, feminas saltem ex stirpe Salica oriundas praedia, quae olim fuerant Ducum Wormatiensium, aliis intulisse familiis? Quodsi profecto consideremus, Simonem I Comitem Saraepontanum & praefectum sive Comitem urbis Wormatiensis & Advocatum Wormatiensis ecclesiae fuisse, nullum vero Advocatae munere, nisi qui in eodem pago allodia possideret, fungi debuisse (v), intelligimus inde, Simonem Saraepontanum ex Comitibus Sargoviae ortum bona habuisse allodialia in pago Wormatiensi una cum beneficiis, quae cum officio Advocatorum coniuncta erant. Atque huic sententiae nostrae maxima accedit fides ex eo, quod Simonis I Saraepontani filius Henricus I, Comes Geminipontis, Advocatiam in Dirmstein, quae ab antiquo sedes Decanatus ruralis dioecesis Wormatiensis est etiamnum, a. circiter clocLxxx

K k 3

posse-

(u) cf. pag. 122 not. (p).

(v) Ita in cap. 11 Caroli M. de a. hcccviii c. 14: *Vt Episcopi & Abbates Advocatos habeant. Et ipsi habeant in illo Comitatu propriam haereditatem.*

possedit, quam paulo post ab eodem Henricus Imp. sibi & Imperio comparavit, & post aliquod tempus Wormatiensi Episcopo concessit (w). Opportunum vero maxime ad sententiam nostram fulciendam, quod Comites Geminipontis tanquam allodium possederint villam Gillenheim s. Gelheim (x), quam Warnarii & Widonis Comitum fratrum, Dynastarum Francorum, eorumque successorum saec. VIII & VIII propriam ex praeclara illa charta Ludovici pii Imp. a. lccccxviii data & supra a nobis primum edita (y), cognovimus. Denique cum Comitatus Bipontinus primum allodia in pago Bletensi (z), quorum pars a Dynastis Francis monasterio Hornbacensi collata fuit (a), dein complura praedia & beneficia in pago Wormatiensi (b) & Navenfi, tum in

(w) Vid. *Schannat* l. c. n. xcvi, p. 91. cf. supra p. 214.

(x) Idem in elencho vasallorum Wormatiensium primi ordinis p. 242.

(y) Cap. III, §. V. p. 95 adde §. VIII, p. 107. ubi in fine donationis, quam VViligarta una cum VVerinhero nepote suo Abbatiae Hornbacensi fecit, legitur: *Actum in Gylnheim.*

(z) Ipsum castrum Geminipontis est allodiale, vid. infra §. VII.

(a) De quibus totum caput III *Origg.* legendum est. Contulerunt scilicet S. Pirminio praeter ipsam villam Gemunde sive Hornbach, etiam Pirminishusen hodie Pirmasenz, Myndenbach, hodie Minbach, Ramesbach, hodie Kaspach, cum duobus aliis locis contiguis, ecclesiam Abbonis s. Appenchericha &c.

(b) in pago VVormatiensi possidebant Comites inter alia villam Gillenheim, castrum Stauff prope montem dictum Donnersberg, caetera; atque in pago Navenfi Advocatiam villae Boys, arcem Montfort &c.

in pago Spirensi (c) complectebatur; in dictis autem pagis omne dominium atque potestas Dynastarum Comitumque & Ducum Francorum longe lateque extensa esset: omnino probabile est, illum ex patrimonio eorum coaluisse, atque per feminam ad Comites Saraepontanos transiisse; hos ideo idoneos fuisse, qui Advocatiam ecclesiae Wormatiensis gererent saec. XII cum Comitatu seu praefectura urbis VVormatiae coniunctam.

4. Atque de hac Advocatia paulo curatius nobis dicendum est, quam a *Schannato*, partium studiis abrepto & a veritate historica nonnunquam recedente factum est (d). Advocatiae munus pro temporum vicissitudinibus & ecclesiarum dignitate varia aliam atque aliam faciem habuit. Primitus illi erant instituti, curatius sic tradente *Fresnio* (e), primum ut Episcopi, Abbates, sacerdotes, quibus secularia placita frequentare per sacros canones vetitum erat, si quid quaerere, aut in iure necesse haberent, id per Advocatos facerent; dein ut hi placitis Comitum interessent, & tanquam patroni, ecclesiarum suarum iura tuerentur, atque in prima litis contestatione earum nomine iuramentum calumniae subirent; tum ut in alienationes ac distractiones rerum ecclesiasticarum consentirent; tum ut donationes restitutionesque ecclesiis factas haberent ratas; tum ut ecclesiarum bona ab omni rapina & indebitis exactionibus illaesa con-

(c) Castrum Bergzabern, quod fuit unum ex primariis castris Comitatus Bipontini, situm est in pago Spirensi.

(d) Hist. Worm. P. II, cap. II, pag. 198-200.

(e) In glossario mediae & infimae latinitatis, voce *Advocati ecclesiarum*.

conservarent, tum ut Episcopos Abbates caeterosque consiliis iuvarent. Atque huius generis Advocati fuisse videntur VVormatiae Nothingus, per cuius manum a. lxxxlii Erinfrido Comiti quasdam res in praestariam concessit Theotelachus Episcopus (f), & Grimoldus, qui in tabulis donationis cuiusdam Geroldi circa a. lxxxvii conditis Advocatus S. Petri dicitur (g). Comparuit hic pro ecclesia sua, suumque dixit testimonium in publico mallo apud Lobeddenburg coram Cunrado Comite caeterisque. Constituebantur hi Advocati tum temporis a Regibus & Imperatoribus, ex quibus etiam Otto I, si quidem fides habenda est praecepto illius a *Schannatio* edito (h), regiam tutelam s. defensionem, quae Advocatia quoque vocari solita est, ecclesiae VVormatiensi confirmavit, ita ut ea sub perpetua regiae vel imperatoriae emunitatis defensione consisteret. Voluit etiam Otto II a lxxxlii, ut quicquid ex teloneo ecclesiae VVormaciensi antea concessum erat, omnesque eo spectantes utilitates coram Advocato ecclesiae, quasi coram regio exactore, persolverentur (i). Sed haec Advocatorum formula, uti in caeteris ecclesiis alibi citius, alibi serius, ita etiam in ecclesia VVormatiensi immutata est ita, ut Advocati ex caudicis & patronis ecclesiarum evaderent ii, qui ipsimet iudicia exercebant, iusque dicebant ecclesiarum suarum val-

(f) *Schannat* l. c. Cod. probb. n. x, pag. 10.

(g) *Ibidem* n. x, pag. 17.

(h) l. c. n. n. xxiv, p. 21. ubi inter alia haec verba leguntur: *Ita sane, ut eadem Vuangionensis sedes vel ecclesia sub perpetua regiae vel imperatoriae emunitatis defensione — consistat.*

(i) l. c. n. xxvi, pag. 23.

fallis, ideoque placita sicuti Comites tenebant (k). Factum id est maxime per Ottonem erga ecclesias nimiam liberalitatem. Sic Otto II & III, ille quidem in diplomate, quo teloneum & bannum dictum Pseanningbann in Wormatia urbe Episcopo a. l̄cccc̄lxxviii concessit (l), hic in eius donationis confirmatione a. l̄cccc̄lxxxv (m) praecipunt, ut respectu telonei nullus alius in *predicta civitate deinceps exerceat potestatem, preter ipsum, quem pastoralis dignitatis solertia prefecerit Advocatum*. Postulabant Advocatum talem, hoc est, & iuris dicendi facultate praeditum & ab ipsis Episcopis eligendum, regia eaque suprema iura his concessa. Sic Otto III anno l̄cccc̄lxxxviii interventu matris Theophaniae & ex petitione Willigisi Archiepiscopi atque Ottonis Ducis Hildeboldo Episcopo Wormatiensi regium bannum in sylvis circa Wimpinam civitatem & villam Biscovesheim (n), Henricus vero II a. cl̄xi regium ius in foresto Forehahi (o) tradiderunt. Tradidit quoque hic Imperator Episcopo Wormatiensi Comitatum in pago Lobodengove situm a. cl̄xi (p) quem *Schannatus* fallaciter integrum Comitatum in pago Lobodengouve esse vult. At cum non solum Imperator dicat, Comitatum in isto pago situm, haud vero, Comitatum pagi, sed etiam sequenti anno in alio suo praecepto Bopponem Comitem pagi Lobodungouve ad dirimendam vetustam de foresto Oden-

L I

wald

(k) Du Fresne l. c.

(l) In Orig. Guelf. T. III, p. 295, cf. supra p. 246. sq.

(m) *Schannat* l. c. n. xxx, pag. 26 & 27.

(n) Ibidem n. xxxi, pag. 28.

(o) l. c. n. xl, pag. 34.

(p) n. xlv, p. 38. *Comitatum in pago Lobodengowe situm cessimus.*

wald inter ecclesiam Wormatiensem & Laurishamentem tanquam missum aut nuntium suum ablegaverit (q): patet omnino, per Comitatum istum in pago Lobodunensi minime integrum pagi Comitatum, sed Comitatum certe illius partem, concessum fuisse. Complectebatur scilicet pagus Lobodunensis praeter Comitatum castri Lobedenburg etiam alios, in iisque Comitatum Stalbühel, quem sequentibus temporibus beneficii loco Comites Palatini ab ecclesia Wormatiensi receperunt (r). Aucta quoque est ecclesia Wormatiensis Comitatu in pago Wingartebun, uti patet ex Conradi Salici litteris, quibus illi donationes ab Henrico II Imp. factas confirmavit (s). Demonstrant vero eadem, Comitatum urbis Wormatiensis haud ad Episcopum translatum fuisse, cum in illis nulla talis traditionis mentio fiat. Quin diplomata Wormatiensia haud obscure indicant, Comitem civitatis distinctum fuisse ab Advocato Episcopi. Quare enim opus fuisset Episcopo Burchardo, ut, cum praedii ecclesiae

S.

(q) n. XLVI, pag. 38 & 39.

(r) cf. Freberi Origg. Pal P. I, cap. X.

(s) Schannat l. c. n. LIII, p. 50. *Tale praedium, quale avus noster Otto Dux Wormatiae habuerat, & forestum in Forebebe cum forestariis & banno regio & omnibus utilitatibus ad hoc respicientibus & duos Comitatus in Lobedengau & VVingartebun & tale beneficium, quale Comes Boppo ad villam Aasmavesheim & in ecclesia & in omnibus utilitatibus tenuit. Pagum vero VVingartebun quaerendum esse ad Nicrum flumen in tractu Mosbacensi, docet Otto II Imp. qui a. hccccclxxxvi Abbatiam Mosebach in pago VVingarteibon, Cononis Comitatu sitam, cum viginti tribus locis ad eam spectantibus ecclesiae VVormatiensi tradidit; vid. l. c. n. xxvii, p. 24.*

Pauli collegiatae recens a se fundatae terminos describeret, Comiti civitatis caeterisque iudicibus minis suis terrorem iniiceret, ne quid in dicto praedio agere praesumerent (t), si Comes iste, quod vult *Schannatus*, Advocatus adeoque ipsius Episcopi fuisset minister? Nihil igitur certius est, quam Advocatos Wormatienses tum temporis nondum praefecturam civitatis seu Comitatum *VVormatiensem* habuisse; solosque Advocatos fuisse ab Episcopis constitutos, qui familiae suae ius dicerent, ipsisque in omnibus rebus a consiliis & auxiliis essent. Atque ex his fuit Folmarus Advocatus, qui a. clxxvi bis occurrit (u). Separatum vero ab Advocato Vicedominum primum nobis produnt Burchardi Episcopi leges & statuta familiae S. Petri a. clxxxiii praescriptae (v): *Ego Burchardus — has iussi scribere leges, ne aliquis Advocatus aut Vicedominus aut ministerialis — novi aliquid subinferre posset.* Videtur quidem Vicedominus ab Advocato diversus, reddituum, servitorum, praediorum, rerumque aliarum, quae iuris ecclesiae erant, curam gessisse, denique Advocato absente huius vices egisse (w), maiorem vero auctoritatem

L1 2

&

(t) In notitia pro fundata a se ecclesia collegiata S. Pauli supra iam allegata, l. c. n. XLVIII, p. 40.

(u) Inter testes notitiae & primae & secundae pro fundatione ecclesiae S. Pauli n. XLVIII & XLIX, p. 42. *Advocatus Folmar.* Forrassis etiam huc spectat *Sigebodo VVormaciensis miles*, in praeepto, quo Henricus II controversiam inter ecclesiam *VVormaciensem* & *Laurishamensem* diremit, a. clxxii, vid. n. XLVI, pag. 39.

(v) In praeloquio Episcopi, n. II, pag. 44.

(w) cf. excell. *Buri Erläuterung des in Deutschland üblichen Lehns-Rechts*

& in primis iudiciariam potestatem, qualem habebant Comites, Advocato relinquere oportuisse. Quum vero inter Advocatos Episcopi & Comites regio saepius intercederet controversa de utriusque potestatis limitibus. factum est, ut VVormatiae Henricus III Imp. Arnolfo Episcopo adversus Comites regio querelas proferente horum potestatem a, cōlvi circumscriberet, interque alia praeciperet: *Comites autem nullam penitus habeant potestatem super familiam predictae ecclesiae nisi in legali placito cum iudicio scabimorum & iuramento liberorum hominum* (x). Anno cōlxxviii obvii sunt in notitia Adelberti Episcopi pro ecclesia collegiata S. Andreae *Stephanus Advocatus & Chuno Vicedominus* (y). Immutari autem de novo coepit Advocatiae VVormatiensis formula. Vidimus nimirum, Episcopos eximiis iuribus in civitate VVormatiensi ab Imperatoribus, Ottone praesertim II, III & Henrico II donatos potestatem suam in ipsa urbe auxisse, atque sic eorundem Advocatos quodam modo urbis Advocatiam sustinuisse; quamvis Comites civitatis reliqua iura regia, ac praesertim bannum regum regum nomine administrarent, ita ut ipsa civitas eatenus quoque subiecta esset Imperatoribus.

At

Rechts p. 358. sq. voce *Vicedominus*. Notandum vero, quando ecclesia quaedam habuit praeter Advocatum maiorem etiam Vicedominum, hunc non fuisse illi parem, sed inter minorum gentium Deos esse referendos, alias tamen nonnunquam vocabula Advocati & Vicedomini idem officium denotasse.

(x) *Schannat*, l. c. cod. probb. n. lxxiii, p. 57.

(y) Cod. probb. n. lxxv, p. 60: *isti laici testes fuerunt: Stephanus Advocatus, Marquart frater eius; -- Chuno Vicedominus.*

At neq̄ ea, quam Episcopus per suos Advocatos exercebat in urbe potestatem *Wormatiae*, integra iisdem mansit. sub Henrico III. Notum enim est, hunc ipsum Imperatorem filiumque eius advocatias civitatum, si quidem eas Episcopis contulerant, Imperatores praedecessores, illis propter abusum ademptas rursus in Comites & principes transulisse (z). Atque simile quid *Wormatiae* factum sit, necesse est, cum Comes civitatis ex eo tempore occurrat, qui & totam urbis praefecturam & advocatiam ecclesiae coniunctam possedit. Quare Episcopi nullum peculiarem Advocatum amplius habuerunt, sed in solum Vicedominum a se pendentem, quaecunque sibi reliqua erant iura, congesse-
runt. Circa annum igitur clocvi primum in donatione Friderici Ducis Sueviae ecclesiae *Wormatiensi* facta comparet *Wernherus* Comes civitatis (a). Neque enim hunc Comitem fuisse eundem cum eo, quem vulgo dicunt, *Stadtgrev*, qui secundas a sculteto *Wormatiae* tenebat partes, cognoscimus ex Comitis *Wernheri* ipsum *Adalbertum* ecclesiae *Wormatiensis* praepositum anteeuntis dignitate. Ostendit eundem Comitem *Wernherum* notitia *Adelberti* *Worm.* Episcopi anno dicto in gratiam piscatorum *Wormatiensium*

L 1 3

scrip.

(z) Cf. *Pfessinger* in *Vitr. ill.* Lib. I. Tit. XVIII de Civit. imper. §. 12, T. 1, pag. 812.

(a) *Schannat* Cod. probb. n. LXVII ex *Lünigii* Spicil. eccles. cont. III p. 1296. Notitia pro donatione Friderici Ducis Sueviae facta ecclesiae *Wormatiensi*. Testes autem subscripti sunt: *Adalbertus Wormatiensis Episcopus. Wernberus & Adalbertus eiusdem civitatis alter Comes, alter praepositus. Valricus frater praenominati Episcopi* caet.

scripta (b), ex qua colligimus, Comitem istum urbis praefectum fuisse, & poenarum, quas privilegii transgressores solvere debebant, canonisque annui, quem piscatores reddaturi erant, tertiam partem recepisse, cum duas partes sibi sumeret Episcopus. Comitatum vero praefecturae civitatis non solum ipsam urbem sub se comprehendisse, sed alia quoque extra urbem loca, videre licet ex quadam Burchardi Episcopi charta a. clcxxxvii data (c). Is enim currim quandam Crigesheim in Comitatu praefecturae civitatis suae sitam esse dicit. Iam cum haec villa, quae hodie vocatur Criesheim, ad Pfrimiam rivulum inter *Wachenhemium* & *Pfetershemium* iacet, satis apertum est, in eiusdem Comitatus *Wormatiensis* ambitu contineri, quae in iisdem Burchardi litteris occurrunt loca *Wormatiae* longe propiora, *Liderichsheim*, *Babenheim* & *Roxheim*; quibus cum si conferas privilegium illud a. clcvi scriptum, quo piscatoribus captura piscium & salmonum inter duas villas *Suelntheim* & *Altdruphen* (d) conceditur, & Comiti tertia pars & poenarum, quibus illud sancitum erat, & canonis, quem in recognitionem privilegii piscatores dare debebant, reddenda dicitur, omnino apparet, Comitatum *VVormatiensem* pertinuisse usque ad villam *Altrip* adeoque ad fines pagi *Spirensis*. Loca haec ad Comitatum *VVormatiensem* olim relata

(b) L. c. n. LXVIII, pag. 62.

(c) L. c. n. LXXIV, pag. 68.

(d) *Altdruphen* s. *Altrip*, Alta ripa, quo de loco vid. *Freberi origg.* Pal. P. II. cap. XIV. Situm autem ad Rhenum in finibus dioecesis *Spirensis* e regione villae *Neckerau*.

lata augere licet ex Burchardi I tabulis de muris VVormatiae civitatis, si quid aliquando detrimenti caperent, per pagorum vicinorum incolas pro assignata parte restaurandis; in quibus numerantur Riedelesheim, Winesheim, Eichana, Mettenheim, Bobenheim, Lidrichesheim, Roxheim, Agresheim, Munzenheim, Dienheim, caeteri (e). Atque intra hunc Comitatus Wormatiensis ambitum quaerendum est beneficium, quod Comites, quos simul Advocatos ecclesiae fuisse liquet, habuerunt. Inde Comites Bipontini villam Lidrichsheim cum iurisdictione ab antiquo possederunt tanquam feudum Wormatiense, docentibus tabulis Eberhardi Comitis Geminipontis a. clōcclxxxviii confectis (f). Primus autem a Comite isto civitatis Wormatiae & Advocato Wernhero in chartis VVormatiensibus nobis obvius fuit a. clōcxxxxi inter testes cuiusdam chartae Buggonis Episcopi (g) *Symunt, urbis praefectus*, quem sequitur *Erimbertus*
Vi-

(e) Cf. *Schannat. hist. Worm. P. II, cap. III, p. 211 & 212.* Mirandum est vero, quare nimius iurium ecclesiae Wormatiensis propugnator ipsam tabulam, quam temere edictum appellat, plurimumque ad iura Episcopi in urbem Wormatiensem evincenda valere dicitur, non integram ediderit. Suspicio aliquid subfuisse incommodi.

(f) Idem in elencho Vasall. nobil. n. VII, p. 242. *Nos Eberhardus Comes Geminipontis — recognoscimus — nos villam nostram Gillenbeim cum iurisdictione — Episcopo VVormatiensi & eius ecclesiae, proprie assignasse in recompensam villae Lydrichsbeim, & eius iurisdictionis monasterio & conventui de Nonnenmunster a nobis venditae, cum omni iure & consuetudine, sicut ipsa villa Lydrichsbeim ad nos pervenerat ab antiquo — clōcclxxxviii.*

(g) Cod. probb. Worm, n. LXXVIII, pag. 72.

Vicedominus. Male profecto *Sebannatus* Simonem illum confundit cum suis Vicedominis quorum nulla omnino ratione subnixus duos fuisse nobis persuadere cupit. Male vero etiam patronus causae civitatis VVormatiensis, consult. *Moritz*, per Simonem istum Comitem suum minorem, quem *Stadtgreu* vocatum & a civibus electum fuisse dicit, auguratur. Uterque longissime a veritate partium studio abreptus erravit. Ostendit enim aliud documentum, quod uterque praeteriit nescio an negligenter aut consulto, a. clocLXVI datum (h) & supra iam nobis laudatum, quis fuerit Symon iste praefectus urbis. En finem eius: *Acta sunt haec anno incar. Dom. MCLXVI regnante Imperatore Friderico, praesidente urbi VVormatiensi praefecto Symone de Sareburc* (i). Hunc Simonem vero Saraepontanum etiam Advocatum fuisse maioris domus ecclesiae VVormatiensis, supra iam ex diplomatibus docuimus (k). Erat is ex illustrissima stirpe natus, per sororem Agnetem, Friderici coclitis coniugem & matrem Conradi Comitis Palatini, affinitate iunctus ipsi familiae Augustae Stauffensi, dignissimus adeo, qui Caesaris nomine praefecturam VVormatiensem cum advocatia ecclesiae coniunctam gereret. Erat hoc Advocati munus longe nobilissimum, diversumque prorsus & a veteribus Episcoporum Advocatis, ad ministeriales referendis, & a Vi-

ce-

(h) L. c. n. LXXXVII, pag. 82.

(i) *Sebannati* quidem editio habet *Symone de Lareburc*. Sed apertum est mendum, quod in describendum diploma irrepfit. Fuit scilicet Symon de Sareburc eo tempore Advocatus Wormatiensis.

(k) §. V, n. 7, p. 207.

cedominis, qui pariter inter ministeriales occurrunt. Eadem igitur tum temporis ratio fuit advocatae VVormatiensis, ac Trevirensis. Uti enim ecclesiae Trevirensis liber & capitalis Advocatus fuit Conradus Comes Palatinus Rheni, ita idem urbis Trevirensis praefecturam gessit (l). Sic etiam Moguntinae ecclesiae Advocati fuerunt hoc saeculo Comites & praefecti urbis. Arnoldus nimirum, qui fuit e Comitibus Luffensibus, occurrit saeculi XII annis VIII, XXIII, XXXII & XXXV urbis s. civitatis praefectus, Comes urbis & ecclesiae Advocatus (m). Ut vero ad Simonem nostrum Comitem & Advocatum VVormatiensem redeam, fuisse idem videtur ultimus Advocatorum ecclesiae Wormatiensis, cum post illum haud alius in tabulis Wormatiensibus occurrat. Saeculo enim XII exeunte & XIII ineunte advocatias hasce plurimi ex Episcopis & Abbatibus vel grandi pecuniae summa, vel quocunque alio titulo gratioso redemerunt, & ab earum iugo se exemerunt (n). Exemplum talis translationis habemus in resignatione illa advocatae Trevirensis ecclesiae & civitatis a, clcclxxxvii ab Henrico Comite Palatino Rheni,

M m

ni,

(l) Quod duplex eius officium indicant litterae Friderici I Imp. quibus varias controversias inter ecclesiam Trevirensis & Conradum fratrem suum, Advocatum ecclesiae civitatemque Trevirensis, cui is praefectus erat, intercedentes dirimit anno clcclxi, apud *Honthemium* hist. Trev. dipl. T. I, n. ccccvii, p. 593 - 95. Indicat quoque ipsius Conradi Comitis Palatini & Advocati Trevirensis mandatum, quo Cives Trevirenses a novis rebus deinceps abstinere iubet, *ibid.* n. ccccviii, p. 595.

(m) Cf. de *Gudenus* cod. dipl. Mog. T. I, n. XVlll, p. 39, num. XXllll, p. 55, n. XXXVllll, p. 104, n. XLlV, p. 115. &c.

ni, Conradi Palatini genero ac successore facta, cuius tabulae etiamnum supersunt (o). Atque simile quid factum fuisse videtur inter ecclesiam Wormatiensem & Simonem Saraepontanum, ita tamen, ut cum Henricus Rheni Palatinus iuri suo in Trevirensis ecclesiam pure resignaverit, Saraepontanus Comes sibi insignia beneficia reservasse videatur, quae posteri eius Comites Bipontini ab ecclesia Wormatiensi ex parte recognoverunt (p). Consolidatum sic est potestati Episcopali ius regium, atque Episcopi ab omni Advocatorum haereditariorum Comitumque regionum iure liberi facti sunt, ita ut iam Vicedomini primarii efficerentur Episcopi ministri. Civitas autem Wormatiensis Comitum imperio iam deficiente iuribus privilegiisque sub Imperatoribus Stauffensibus adeo aucta est, ut his temporibus eam formam induerit, quam liberae Imperii civitates habent. Quod quidem sub Imp. Friderico I, Henrico VI, Friderico II & huius filio Henrico VII factum demum fuisse, probant dictorum Imperatorum & regum diplomata. Henricus in primis VII in confirmatione privilegiorum urbis Wormatiensis facta xvi Kal. April. a. clcccxxxii (q) expresse dicit:

iii-

(n) Cf. *Pfeffinger* Vitr. ill. L. I, Tit. xv, §. 10, T. II, p. 1161.

(o) Vide eas in *Freberi* origg. Pal. P. I, cap. XI, p. m, 89. *Tolneri* Cod. dipl. pal. n. LXVII, p. 59. & *Hontbennii* hist. Tr. dipl. T. I, n. ccccxxxix, p. 629, 630, qui cum *Tolnero* annum resignationis fuisse emendatius dicit clcccxxxvii.

(p) Inde Comites Geminipontis habuerunt Advocatiam in Dirme-stein, & ab ecclesia Wormatiensi in beneficium tenuerunt villam Lidrichsheim, aliaque, de quibus vid. supra p. 263. n. (f).

(q) Vide eam in Appendice documentorum, quam clar. *Moritz* ad.

iura & libertates vestras a divis progenitoribus (r) vobis indultas illaesas volumus conservare, fovere vos volentes &c. Repetit idem in altera confirmatione (s), & privilegia concessa esse refert *nommatim ab Imperatore Friderico proavo nostro ab Imperatore Heinricho avo nostro & a Serenissimo domino Imperatore patre nostro.* Sed mitto caeteras vicissitudines regiminis urbici, quum ea iam nihil ad scopum meum faciant. Postquam vero Episcopi se Comitum regionum & Advocatorum haereditariorum iugo exemerant, parum suis viribus confisi praesidium sibi parare studuerunt in tutela & defensione potentioris principis. Subiecerunt igitur se Francorum Ducibus iisque Comitibus Palatinis, ex quibus Conradus iam Heidelbergae sedem habuit, cui in Comitatu Palatino aequae ac provincia Rhenensi successit gener Henricus Brunsvicensis, Henrico Leone Duce Bavariae & Saxoniae natus, qui iam anno *clcccxiii* in in terras Brunsvicenses reverfus Henrico iuniori filio Comitatum Palatinum tradidit (t).

M m 2

Hoc

adiecit deductioni suae de Orig. civitatum imperii & imprimis civitatis liberae Wormatiensis vernaculo sermone conscriptae n. X, 162.

- (r) Quorum privilegia in eadem appendice invenias, & apud *Schannatum* Cod. probb. Worm.
- (s) in dicta appendice docum n. XI, p. 163.
- (t) Evolvatur Codex dipl. mon. Schonaugiensis in ill. de *Gudenus* Sylloge I dipl. n. xxxiv, p. 83. quod documentum omnino Henrico iuniori, Henrici filio, inter Comites Palatinos, qui terras Rhenenses gubernarunt, locum assignandum esse docet. Ita nimirum ille: *Henricus D. G. iuvenis Comes Palatinus Rheni — notum sit — quod pater noster Henricus, Dux Saxonie*

✠

Hoc vero paulo post mortuo(u) Ludovicus, Dux Bavariae,
hu-

Et Comes Palatinus Rheni — curiam in *Virneim* — contulit ecclesie in *Schonaugia* — Nos vero banc sue salutis donationem approbamus Et approbatam confirmamus — Quicquid autem iuris ratione advocatie de ipsa curia nobis pertinere debebat, remittimus Et — concedimus. Eximentes ipsam ab omni onere Et exactione. Ut autem hec nostra concessio Et concessio confirmatio rationabilis Et inconversa semper teneatur, banc cartam conscribi, Et sigilli nostri appensione communiri dignum duximus — Datum *Schonaugie* in *paraseve*, anno Dominice incarnationis *MCCXIII*.

(u) A. scil. clxxxii vel sequenti mortuus & *Schonaugie* sepultus est, hoc olim inscriptione loquente:

ANNO — KAL. MAII OBIIT ILLUSTRIS PRINCEPS DOMINVS HENRICVS COMES PALATINVS RHENI DVX SAXONIAE SVpra DICTI CONRADI EX FILIA NEPOS,

Decepit hic sese *Freberus Origg.* Pal. P. I, c. X, p. m. 80. qui hanc inscriptionem de Henrico patre, Comite Palatino, Conradi genero intelligendam voluerit. Henricus enim pater a. clxxxvii obiit, & in ecclesia S. Blasii Brunsvici sepulturae locum invenit, cf. *Pfessinger* in *Vitr. illustr.* Lib. I, Tit. XI, T. I, p. 957-961. Henricum contra iuniorem eius filium *Albertus Stadensis* a. clxxxiv obiisse tradit, cf. *Johannis* ad *Pareum* p. 129. *Freberus* itidem aliud eius *Schonaugie* elogium existit se refert, e quo haec modo supersint:

PRINCEPS MAGNIFICVS COMES AVLAE GLORIA RHENI
IUNIOR HENRICVS. . . .

Quod pariter *Schannatus* hist. Worm. P. I, p. 154 descripsit, sed male ad Henricum patrem spectare voluit. In cognitum scilicet adhuc fuit regimen annuum fere Henrici iunioris in Comitatu Palatino terrisque Rhenensibus.

huiusque filius Otto iam inde ab a. clcccxiij Palatinatum adepti (x) sunt, & Otto quidem sponfalibus cum Agnete Henrici Brunsvicensis filia iam a. clcccxiij celebratis, ac, nescio quo anno, per matrimonium consummatis omnem haereditatem Palatinorum in Rhenensi provincia acquisivit. Harum nuptiarum ratione habita (y) Henricus de Saraepon-

M m 3 te,

(x) Defuncto nimirum Henrico iuniore Henricus pater filiam suam Agnetem haeridem scripsit & Otoni illustri Ludovici I filio, desponsavit iam a. clcccxiij. Sed cum Otto tum esset impuber, annos viii natus, Ludovicus pater, identidem Brunsvicensibus principibus amicitia & foedere iunctus, Comitatum Palatinum, quem Henricus recipere sine dubio volebat, ne cum ab Otonis fratris regis partibus staret, eum dimittere cogere-
tur, Ludovicus, inquam, Bavarus administravit; sicuti olim Godefridus tempore Wilhelmi minorennis Comitatum palatii primarium suscipere iussus fuit. Memorabile est omnino documentum, quod nos ad haec affirmanda induxit, in cod. dipl. Scho-
naug. l. c. n. xxxv, p. 85: *Ludovicus D. G. Palatinus Comes, Rheni, & Dux Bavarie — reversi a militia Domini Regis Friderici de inferiori Germania, ad ipsum claustrum (Schonaugie) accessimus & — piscationem nostram in Oppbourn, donec pura conscientia dicerent sibi satisfactum, contulimus de cetero ad nos redituram. Huic donationi accessit etiam bona voluntas & pius consensus Agnete nobilis puelle, sponse filii nostri, que vera heres est eiusdem rei — Actum est hoc anno Domini MCCXIIII.*

y) Mirum est, quantopere historiam Palatinam horum temporum turbaverit Tolnerus, qui nonnisi auctorem *Aventinum* secutus narrat, Henricum Brunsvicensem patrem a. clcccxv Ratisbonae a Friderico II proscripsum, Comitatu Palatino exutum, atque eo Ludovicum Boiorum Ducem ornatum, hunc vero dein, cum oppida, castra & urbes vindicaturus esset, incautius vagantem
ab

te, Episcopus Wormatiensis, Ludovico I, Comiti Palatino,
&

ab incolis una cum omnibus Comitibus captum, ac tamdiu detentum fuisse, donec maximo pecuniae numero se redimeret, tum libertati restitutum dignitatis novae rationem magis provide iniisse nuptiis inter Agnetem Henrici filiam filiumque suum Ottonem conciliatis; vid. *Jobannis*, qui haec ex *Tolnero & Aventino* brevibus narrat in append. prior. de veter. Rheti Palatinis ad *Parei* hist. Bav. Palat. p. 438. Contrariantur vero haec omnia documentis Schonaugiensibus, quorum ope hanc historiae palatinae partem gratiori veritati restituere licet. Neque enim alii rerum Boicarum & Palatarum scriptores, *Andreas* Presbyter Ratisbonensis, *Tritbemius* & *Freberus* noster, quem vide *Origg.* P. 1, c. X, p. 80, quicquam de proscriptione atque translatione in Boios Ratisbonae facta narrant. Per coniunctionem potius Agnetis haeredis Palatinae & Ottonis Bavari omnem Palatinum principatum transiisse ad illos recte tradit *Ladislaus Sundbeimius* in familia Welphorum nobilissima & antiquissima, apud *Leibnitium* scriptt. Brunf. T 1, n. LVII, p. 805. Atque idem hoc confirmat nobis *Henricus* Episcopus Wormatiensis in litteris feudalibus. Proscripta igitur sit in posterum proscripio *Henrici* Brunsvicensis, Comitis Palatini. Huic enim vivo iam a ccccxiu successerat filius *Henricus* iunior Comes Palatinus, quo mortuo *Agnes* soror haeres extitit, & cui desponsata fuit, *Otto* illustris Comitatum Palatinum, quem interea administrabat pater *Ludovicus*, consequi debuit. Hinc cum maiorennis factus esset, ipse suscepit Comitatum Palatinum terrarumque administrationem anno ccccxxviii, superstitite patre *Ludovico*; cuius rei fidem faciunt *Otonis*, iam Comitis Palatini, documenta in gratiam Schonaugensium scripta a ccccxxviii, l. c. n. LXIX. p. 159 & n. LXX, p. 161 sq. in quorum posteriori instruit ipse seriem Comitum Pa-

Pa-

& Agneti, coniugi iam illius filii Ottonis, feudum castri & burgi Heidelbergensis atque Comeciae Stalbühl, quod Comites Palatini inde a Conrado habuerant, denuo in feudum masculinum contulit, ac simul tutelam seu advocatiam ecclesiae Wormatiensis in eisdem transtulit: *Henricus Dei gratia Wormatiensis Episcopus Domino Ludovico illustri Duci Bavariae & Comiti Palatino Rheni, salutem. Quia vobis commisit Dominus potestatem, & Dominae Agneti, uxori filii vestri, per quam Wormatiensem ecclesiam iuvare potestis, & ei assistere in suis necessitatibus, ut ad auxilium & consilium tam nostrum, quam eiusdem ecclesiae, tam vos, quam successores vestri, & Dominae Agnetis, qui per masculinum sexum descendunt, sitis perpetuo obligati; vobis & successoribus dictis, in feudum concessimus, & assignamus de communi consensu Capituli nostri castrum in Heidelberg, cum burgo ipsius castri, & Comeciam Stalbobel cum omnibus attinentiis suis. Acta sunt Wormatiae*

an-

Palatinorum Rheni, praedecessorum suorum. Primus, quem nominat, est *illustis praedecessor noster D. Conradus, scilicet Palatinus Comes — postmodum vero cum preclave memoriae D. Heinricus Dux Saxoniae focer noster palatiam obtinisset — post eum filio suo Heinrico Palatino Comite id ipsum per omnia faciente. Denique cum ad karissimum patrem nostrum Ludovicum, Ducem Bavariae devenisset iam dicti principatus dominum — Nunc autem, quia disponente Domino principatum palatie tenemus — Conf. praeterea l. c. n. xxxix, p. 97. ubi Ludovicus Bavariae Dux inquit: Postmodum autem & nos, una cum precordiali unigenito nostro eandem Palatiam adepti — MCCXVI. Itaque Otto Dux illustris statim ab eo tempore, quo Ludovicus Comitatum palatinum gessit, huius dignitate ornatus fuit, Sed satis de his,*

anno Domini MCCXXV ix Kalend. Aprilis Ind XIII. (z).

5. Satis longi, & forte longiores iusto fuimus in exponendis iis, quae ad advocatiam Wormatiensem pertinebant. Vela iam contrahamus. Patet vero ex dictis, tenuisse Saraepontanos & Bipontinos Comites praedia beneficiaque amplissima in pago Wormatiensi & Navenfi, Spirensi & Alsatiensi; utriusque gentis auctorem Simonem I primum fuisse ex hac gente Advocatum Wormatiensem; terras quoque in pago Blesensi, Comitatus Bipontini praecipua sede, fitas possedisse; eiusque filios Simonem II & Henricum haereditatem ita divisisse, ut ille Comitatum Saraepontanum, hic vero Bipontinum consecutus sit. Iam cum maiores Simonis I Comitatum Sargoviae inferioris, dein Saraepontanum dictum, habuerint, nihilque iis rei fuerit in pago Wormatiensi ac Spirensi, per quos aequae ac Blesensem Comitatus Geminipontis longe lateque patuit: oportet haec praedia Dynastiasque per feminam in genus Saraepontanum illata statuamus. Quum vero Sigeberti I Comitis Sargoviae filii Sigebertus II & Fridericus ita partiti videntur terras sibi relictas, ut Fridericus, Comes Saraepontis, Comitatum acceperit, Sigebertus autem in castro Sigeberti, sedem habuerit: partitio omnino

(z) Nuptias igitur iam hoc anno celebraverunt Otto, illustris postea vocatus, annorum XVIII adolescens, quod iam inde collegerunt *Tolnerus* hist. Pal. c. XVII, p. 375., ac post eum Ph. Guil. Lud. *Fladtius* in singularibus de Ottone cognomine illustri Com. Pal. Rheni & Duce Bavariae sub auspiciis nuptiarum Caroli Philippi Theodori & Mariae Elisabethae Augustae scriptis & Heidelbergae a. d. 1833 editis, cap. II, §. 2 & 3, p. 5 sq. Chartam ipsam ediderunt iam *Freherus*, *Tolnerus*, *Schannatus* caet.

nino fuisset iniqua, si Friderico ex parentum haereditate una cum Saraepontano Comitatu etiam praedia amplissima in pago Blesensi, Wormatiensi ac Spirensi adiecta fuisse existimes. Itaque coniectura iudicare debemus, Friderici demum uxorem Giselam, quod nomen satis familiare fuit feminis ex stirpe Francica, illa omnia tanquam haereditatem suam familiae Saraepontanae intulisse, atque inde filium eius Comitatus Saraepontani non solum, sed & terrarum, quae post vocatae sunt Bipontinae, in dictis pagis sitarum, & cum iis coniunctae Advocatae Wormatiensis haereditatem factam fuisse. Advocatias enim tum temporis haereditarias fuisse, docent tot exempla, quot facile in alia re haud desideraveris. Atque sic, cum ante Simonem in chartis Wormatiensibus saeculi XII initio nobis obvius fuerit Wernherus Comes, patrem hunc fuisse Giselaë suspicamur. Diligenter equidem investigavi in monumentis saec. XI & XII, an fuerit Comes Wernherus a castro quodam alio, sede sua patrimoniali, dictus, ex quo coniectura mea confirmari posset: nullum vero reperire mihi contigit, praeter eum, qui Ruthardi Archiepiscopi Moguntini litteris donationis in gratiam Monasterii S. Albani extra moenia Moguntina a cōlxxxx subscripsit inter testes, *Wernherus Comes de Neckerouwa* (a). Atque hic iam satis opportune sese mihi obtulisse videbatur. Cum enim villa Neckerau haud procul a confluentibus Rheni & Nicri in pago Lobodunensi (b) sita sit, atque in eodem

N n

pa-

(a) Vid. Chron. S. Albani in *Johannis scriptt. Mog.* T. II, p. 738.

(b) Id quod Carolus crassus Imp. in diplomate, quo monasterio Prumiensi concedit curtem suam Neckeraviam an. lxxxliii Wor-

pago ecclesia VVormatiensis Comitatum habuerit: probabile maxime est, Comitem istum VVormatiensem a sede sua Neckerau cognomen, neque tamen perpetuum, invenisse (c). Sit vero hic a VVormatiensi illo diversus, sit Gisela Simonis I Saraepontani mater & Henrici I de Geminoponte avia ab aliis omnino parentibus procreata: hoc tamen certum est, terras Bipontinas, ex tot tamque illustribus praediis familiae Francicae quondam propriis enatas, in gentem veterem Saraepontanaam, stirpem Bipontinae, illatas fuisse; unde Giselam illam fuisse Salicam supra coniecimus. Quamvis enim eius maiores haud investigare certo liceat, recordandum nobis tamen est, quod initio huius sectionis demonstravimus, & familiam Salicam VVormatiensem, & quas patrimonium Cunonis iunioris Ducis Francorum s. VVormatiensis & Carentinorum post eius mortem passa sit, vicissitudines haud satis adhuc illustratas esse. Quod si haec nostra lucubratio rei tam arduae amplius indagandae occasionem dederit, felicem me putabo, ac si qua in re hallucinatus sim, aut coniecturis plus iusto tribuerim, errorem ingenue confitebor.

§. VII.

Wormatae dato, apud *Hontbemiun* in hnt. Tr. dipl. T. I, n. CXIV, p. 220, his verbis prodit: *quandam curtem nostram, quae dicitur Neckerauwa, in Comitatu Loubengowe*. Conf. praeterea regiltrum *Prumienſe* apud eundem l. c. n. cccclix, pag. 695 sqq.

- (c) Sicut primi Comites silvestres saec. XII ineunte a variis domiciliis cognomina sibi asciverunt de Bomeneburg, Kirberg, Schmidburg, Nuenburg & Flanheim; cf. *Senckenbergii meditt. fasc. I, obl. I, §. XI, & obl. II, §. III; Beurkundete Nachricht von der Commende Schiſſenberg P. I, Beylagen n. 29, p. 23. adde supra dicta §. III, not. (d) p. 130.*

§. VII.

Quando iam, quae fuerit Comitatus Bipontini indoles, disquirere velimus, primum nos, quae castra sive fiscos ambitu suo comprehenderit, definire oportet. Atque haec finium eius determinatio varia est, & pro significatione Comitatus, & pro eiusdem vicissitudinibus, accessionibus ac deminutionibus. Si enim Comitatum Bipontinum latissime sumas pro omnibus possessionibus iuribusque, quae Comites nostri habuere per agros Spirenses, *V*Vormatienses, Navensem, Blesensem & Lotharingiam sparsa, facile conicias, neque simul illa ab incunabulis Comitatus Bipontini coniuncta extitisse, neque unius eiusdemque rationis fuisse. Atque illarum omnium consideratio & enumeratio, quantum ea chartarum ope potest institui, iam non est huius loci, quippe quae plenior postulat Comitatus Bipontini historiam, parte secunda harum originum nobis exponendam. Ex hac demum colligere licebit, quae fuerint incrementa ac decrementa ditionis Comitum Geminipontis, quae cuiusque castri, curtis, terrarumque ad ea spectantium fuerit ratio. Ex iis vero, quae adhuc differuimus, cognitum iam est, Comites Geminipontis tenuisse in pago *V*Vormatiensi *Advocatiam* in *Dirmestein*, hoc est, Comitatum sive iurisdictionem aut superiorem potestatem in hac curte, quam ab Henrico I, Comite Geminipontis, circa a. *cl̄c̄lxxxxi* acquisivit Henricus VI Imperator & acquisitam aliquamdiu libere tenuit, quoad eandem villam contulit ecclesiae *V*Vormatiensi, quod a *cl̄c̄lxxxvi* factum est (f). Tenuerunt porro Comites Geminipontis ab antiquo tanquam beneficium *V*Vor-

matiente villam Lidrichsheim, antea in praefectura civitatis sitam; quam cum a. cccc.lxxxviii vendidissent Comites monasterio de Nonnenmünster, in compensationem domini directi ecclesiae Wormatiensi obtulerunt villam suam propriam Gillenheim, & in pignus factae huius compensationis substituerunt aliam suam villam propriam Kutenheim (e). Gillenheim sive Gelheim villa saeculo iam VIII fuerat allodium Dynastarum sive Comitum Francorum familiae Salicae (f). Praeterea possederunt Comites nostri castrum Stauff haud procula monte dicto **Donnersberg**, cum pomorio & monte, villisque, quae ad idem spectabant, Wernherisbrunnen, Morsbach, Swanden, Ruckwilre, & Hagen, Han, Stauff, caeterisque (g). Erat hoc castrum do-

(d) Vid. *Schannati* hist. Worm. cod. probb. n. xcvi, p. 19. sq. & infra in vita Henrici I, Comitis Bipontini.

(e) Jdem l. c. in elenco vasallorum Wormatiensium primi ordinis n. vii, p. 241 & 242; & infra, cum de Henrico II bellicosi Comitis Bipontini liberis agemus.

(f) Vid. supra p. 95 & 254.

(g) Jdem l. c. cod. probb. n. cxvi & Genealogiam Comitum Geminipontis, dipl. n. viii. Chartam ipsam in vita Henrici II bellicosi, Comitis Geminipontis, denuo exprimendam illustrabimus. Charta quidem divisionis castrorum & terrarum Bipontinarum inter Comites Geminipontis, qui Dominium Bitense habebant, & Comites in Geminoponte a ccccxxxiii factae, Walrabo Comiti in Geminoponte inter alia etiam adscribit **Die burch zu Stauff vnde allis / das darzu heuret / es si an deurfen / an Gerichten / an Mannen / an Burhmanne / an Cluustern / an alleme Rechte / alle es bizher gelegen ist —**

dominiumque Stauffense saeculo iam xiii feudum Trevirense, cuius vero dominium directum a clocclxxx a Trevirensi ecclesia in Wormatiensem translatum est. Quo autem pacto Comites Geminipontis castro hoc potiti fuerint, haud omnino clarum est. Mihi quidem videtur, illud per Agnetem, uxorem Henrici II Comitis Geminipontis, filiam Eberhardi Comitis de Eberstein & Adelheidis transisse ad Bipontinos. Eberhardus enim hic Ebersteinensis, focer Henrici bellicosi, asceterium virginum haud procul ab arce Stauff erexit non solum, sed & in eodem sepultus fuit, testante epigraphae lapidis sepulchralis, quem ad dextrum basilicae latus iuxta semidirutum altare se deprehendisse refert *Schannatus*: XII Kalend. Aprilis feria II proxima post Iudica ob. Eberhardus Comes de Eberstein fundator huius ecclesiae (h). Recte idem a familiae Ebersteinensis insignibus gentilitiis rosam referentibus parthenon hoc in amoena valle situm nomen vallis rosarum, *Rosenthal*, fortitum esse auguratur. Ex hac vero castris vicinia, & ex eo, quod Comites Geminipontis eius intuitu advocatiam monasteriorum, vallis rosarum & S. Mariae in Ramosa, vulgo Ramsee, haud procul ab eadem arce (i) habuerunt, colligo, Henricum II per matrimonium cum haerede Ebersteinensi initum illud acquisivisse, & quidem iure primum tenuisse allodiali, dein vero cum Henricus de Vinstingen, Archiepiscopus Trevirensis, vasallum sibi esse.

N n 3

fe.

(h) Hist. Worm. P. I, in recensione monast. monast. virgg. n. xv, p. 184. sq

(i) idem l. c. n. xiv, p. 184. cf. not. praeced. (g) ubi verba chartae laudatae attendenda sunt; an *Cleustern*.

fecerit inter alios etiam Henricum Comitem Geminipontis (k), hunc castrum suum Stauff cum dominio inde pendente illi tanquam beneficium obtulisse. Neque enim aliud adhuc feudum Comites Bipontinos a Trevirensi ecclesia habuisse deprehendi. Aenigma autem de eodem castro etiamnum nobis loquitur Auctor antiquae fundatorum Murensis monasterii Genealogiae (l), cum de Rudolphi III, Comitis Habsburgici & Landgravii superioris Alsariae a ccccxxxii defuncti, quem Rudolfus Imp avum agnoscit, uxore haec prodit: *Ruodolfus per Agnesam, filiam Gottfridi de Stouffen, quod est inter Wormatiam & Spiream genuit Alberctum, Rudolfum, Wernberum &c.* Haud certe video, quod aliud castrum Stauff, quam nostrum intelligat, scriptor antiquus. Sed curatius & planius forte de eo commentandi in vita Henrici II, bellicosi, Comitis Geminipontis, locus erit. Nihil iam dico de advocatia veteris monasterii in Moguntia, quam a Comitibus nostris in feudum acceperant Rheingravii, & advocatia villae Bois in pago Navenfi, quae pariter ab illis pendebat, cum supra de iis iam coniecimus (m). Primarium autem Comitatus Bipontini castrum fuit illud ipsum, a quo Comites nomen traxere, dictum *Geminus pons*, quod appellationibus, duo pontes, Bipontum, & germanice *Zweyenbrucken* efferri solitum est. Hoc una cum castro Hornbach, veteri Blesensis pagi castro, *Abbatia S. Pirminii* sede, & castro Zabern, tabernarum montanarum, prope Landecken in pago Spirensi, haec tria inquam castra inde a Comitatus Bipontini incunabulis sub hoc contenta fuere,

(k) cf. *Gesta Trev.* c. cxii, in *Hontbenii* prodr. hist. Trev.

(l) Vid. apud *Eccardum* in *Origig. fam. Habsburg Austriacis*,

(m) Vid. § vi, p. 243.

Hac igitur significatione Comitatus nostro tributa, eum al-
 lodialem fuisse pronunciamus. Neque alio argumento ad
 hanc eius naturam demonstrandam opus est, quam quod
 petitur a facta Comitatus Bipontini, sive trium illorum ca-
 strorum, partim venditione, partim oblatione, vi cuius in
 dominium ac potestatem Ruperti II & III, Palatinorum Co-
 mitum, transiere (n). Potest vero haec eius formula illustrari
 ex originibus, quas in patrimonio Salico quaerendas supra
 probabiliter deduximus. Quemadmodum enim Franci Sa-
 lici caeteris populis gentibusque fuere nobiliores: ita & Sa-
 liorum nobilissimi, quorum familiam regiae identidem ae-
 mulam longe lateque praedia per Franciam Rhenensem pa-
 gosque ei conterminos, ex quibus Blesensis, certe pars illi
 innexa (o) est, possedisse cognovimus. Dignitate, amplitudine
 iuribusque prae caeterorum populorum Dynastis non solum,
 sed inter Francorum quoque nobiles eminuerunt. Neque
 igitur nemini erit persuasum, tribuenda illis certe non mi-
 nora iura in praediis a se libere possessis, quam quae vel
 Welfi, vel alii, quos insignibus iuribus gavisos fuisse demon-
 stravit celsissimus *Burggravius de Kirchberg* in commentatione
 egregia de superioritate territoriali in allodiis imperii (p),
 habuerunt. Quid quaeso clarius ad defendendam hanc sen-
 tentiam afferri potest trito quidem illo, sed praeclaro loco
 Wip-

(n) vide has tabulas emtionis venditionis in *Johannis Miscellis* hist.
 Pal. cum maxime Bipont. Spec. I animadv. in *Tolnerum* p. 13.
 sq. quoad eas infra in historia Comitatus Bipontini cum aliis
 eo pertinentibus chartis denuo edituri sumus.

(o) vid. supra c. II, § VIII & VIII, pag. 61, 63.

(p) Cap. I, § II, not. & § III, p. 8-11, § VII, p. 14. sq.

Wipponis de Conrado Salico, Dynasta Franco, dein Imperatore, haec dicentis (q): *Conradus licet genere & virtute, atque in propriis bonis nemini esset inferior: tamen de re publica in comparationem talium virorum Ducum & Marchionum parum beneficii & potestatis habuit.* Quae vero speciatim iura propria in praediis suis, sive patrimonio, habuerint Franci nostri Dynastae, partim ex formulis allodiorum, quas in veteribus chartis expressas legimus, partim ex natura allodiorum apud Francos colligere licet. *Wido Dynasta, Warini frater & fundatoris coenobii Hornbacensis nepos, huic villam Myndenbach in pago Blesinse una cum integritate sua tradidit, hoc est, una cum perniis, casis, superpositis edificiis, una cum adiacenciis eorum ibidem aspicientibus vel pertinentibus. campis, pratis, silvis silvarumque usibus, farinariis, aquis, aquarumque decursibus, mancipiis, servis, ancillis, libertis, libertatibus, una cum laboratis earum, accolabus atque meritis accolanorum, cultis & incultis, una cum egressu & regressu (r).* Idem Wido tam suo, quam defuncti fratris nomine eodem anno monasterio suo obtulit villas suas apud flumen Blesa, *Rameßbach, Dutelveinga & Wylarn una cum integritate sua, una cum berniis, casis, superpositis edificiis, cum adiacenciis eorum, ibidem aspicientibus vel pertinentibus, campis, pratis, pascuis, silvis silvarumque usibus, venacionibus, piscacionibus, aquis aquarumque decursibus, mancipiis, servis, ancillis, libertis, libertatibus, una cum egressu & regressu, quidquid &c. (s).* Anno MCCXXVIII Willigarta alta Werinheri prolapia orta cum consensu ipsius *We-*
rin-

(q) In vita Conradi p. 426.

(r) vide supra c. III, §. III, pag. 87. sq.

(s) l. e. pag. 89.

rinberi, ad cuius proprietatem ipsum predium ex parte pertinet, donavit curtum suam Willigartlawisa cum proxima silva, que eidem curti adiacet, in pago Spirensi, in Comitatu Siggeri Comitis cum omnibus utensilibus illuc pertinentibus, cum ecclesia & farinariis, areis, edificiis, terris cultis & incultis, campis, pratis, exitibus & redditibus, viis & inviis, questis & inquirendis, mancipiis utriusque sexus & cunctis aliis appendiciis, que dici aliquo modo aut nominari possunt--- (t). Eadem fere est formula praedii, quod Otto, Dux Francorum & Carentanorum, Wormatiae habuit, atque per modum permutationis Henrico I Imp. cessit, ecclesiae Wormatiensi tradendum (u). Neque iniucundum erit, hic legisse, quibus iuribus praeditum fuerit ipsius Conradi Salici praedium, quod Abbatiae a se in castro suo Limburg fundatae (v) contulit, praesertim cum Regis litterae novum eius rei nobis praebent documentum (w).
Conradus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Notum sit omnibus Christi nostrique fidelibus tam presentibus quam futuris, qualiter ego Conradus una cum Gisela Imperatrice coniuge nostra pro remedio anime nostrae ad hoc templum

O o quod

(t) L. c. §. viii, p. 106.

(u) Supra cap. huius §. VI, p. 250.

(v) Abbatiae huius noticiam aliquam nobis dedit Vir. clar. Io. Ad. Bernhard in parte speciali Antiqq. Wetteraviae i Abtheilung, Cap. V, p. 15--36.

(w) Quantum scio, haud editae sunt, nisi in deductione inscripta: Libellus revisionis in Sachen des Hochgrävlichen Hauses Leiningen und der Stadt Dürkheim contra das Dohm Stift zu Speyer, die Weinhandlungs Art zu Dürkheim betreffend. Beylagen, n. 1 Copia foundationis des Klosters Limburg de a. 1035. p. 1--3.

quod ad gloriam & laudem Dei construximus, nostri iuris predium Dorenkheim, Wachenheim, Schiferstad, Creudentheim, & in pago Wederibie in comitatu Ottonis situm Eucherie, Sundelingen, Fuerbach, Sulzbach in proprium tradidimus cum omnibus appendiciis suis, hoc est, mancipiis, areis, edificiis, terris cultis & incultis, agris, pascuis, aquis aquarumve decursibus, molen-
dinis, piscationibus, campis, silvis, venationibus, exitibus & redditibus, viis & inviis, quesitis & inquirendis, nec non cum omni utilitate, que scribi & nominari potest, ea videlicet ratione, quatenus Abbas huius loci eadem potestate, & utilitate, quam nos habuimus, deinceps libere habeat, & quidquid inde provenit, in usum ecclesie & fratrum disponat. Et ut hec nostre traditionis autoritas stabilis & inconversa permaneat in seculum, hanc chartam inde conscriptam manu propria confirmantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri (x). Signum Domini Conradi invicti Romanorum Imperatoris Augusti. Burghardus Cancellarius vice Bardonis Archicancellarii recognovit. Data est XVI Calend. Februarii anno Dominice incarnationis MXXXV Indictione III anno autem Domini Conradi secundi regnantis XI, Imperatoris vero nono. Actum est Lymperg feliciter Amen. Singul-
laria vero iura allodialia prodit donatio Conradi Ducis, qui fuit Werinheri filius & Ottonis Worm, pater. Is enim ecclesie Spirensi cuncta obtulit mancipia cum eorum procreationibus, quae in eadem civitate habebat, monetam, quae tota suae
suc-

(x) Quamvis Rex litteris suis hic finem fecisse videatur, sequitur tamen in copia foundationis descriptio iurium, quae Abbas in familiam ecclesiae, singularium haberet. Sed cum ea nihil ad rem nostram faciat, reservamus eam opportuniore loco illustrandam.

succubuit proprietati, item medietatem theolonii, item denarios salis, item denarios picis, denarios vini(y). Differunt saepius formulae istae inter se, aliaeque aliis ampliores sunt, adeo ut, si omnia & singula iura Dynastarum enumerare velis, collationem illarum instituere, atque exinde totum complexum iurium patrimonialium conficere oporteat. Oprandum vero est, ut vir in historia regni Francici & Germanici versatissimus, atque ab omni partium studio praeiudicis alicuius, praeiudicibus illustribus viris Bouqueto & Puarto equite(z), in origines iuris allodialis curatius tandem indaget, atque sic universam hanc doctrinam absurda atque incommoda peregrini iuris admixtione contaminatam emendet (a). Mihi quidem, cum, quidquid iuris hodie ad superioritatem

O o 2

ter-

-
- (y) cf. Commentationem nostram a. clbcccclx [germanico sermone scriptam *Historisch-rechtliche Gedanken von dem Ursprung des Pfälzischen Münz-Regals*, §. 3. p. 8. sq.
- (z) Illo quidem in libro egregio: *le droit public de France &c Paris* clbcccclvi, cuius libri recensio fecerunt Actorum eruditorum doctissimi confectores a. clbcccclvii mens. Mart. p. 97-116 & April. p. 193-219; hic vero in opere praestantiori Hagae a. clbcccclvii edito: *Les origines ou l'ancien gouvernement de la France, de l'Allemagne, & de l'Italie*, IV tomes.
- (a) Sunt enim, qui quando praediorum dominis eximia iura, quae ex inauspicata illa distinctione regalium in maiora & minora solius regis fuisse putant, tribui ab aliis audiunt, stupeant, atque ea ab omni veritate aliena, aut conficta, aut minus recte intellecta velint. Diximus iam quaedam hanc in rem, & in primis quae ad ius monetae cudendae Dynastis vindicandum pertinent, in commentatione paulo ante dicta, neque ea intelligentioribus displicuisse vidimus.

territorialem refertur, olim vel ex dominio, quale non solum Reges habuere in suo fisco & patrimonio, sed Dynastae etiam in praediis suis liberis, vel ex imperio, cuius fons soli fuerunt reges, fluxerit, regalia dividenda videntur in dominica & stricte dicta regalia. Possidebantur praedia fundique a dominis suis cum omni iure, proprietate & imperio, quatenus hoc non spectavit ad Imperium totius civitatis (b). Unde Dynastae iure venandi & forestali, dominio fluviorum iuribusque inde pendentibus, iure salinarum, iure metallifodinarum & inde pendente iure numos cudendi, conductu, teloneo, iurisdictione in servos & libertos, sive colonaria, caeterisque, quae, ut cum veteribus loquar, aliquo modo dici ac nominari possunt, gavisi sunt, gaudere certe potuerunt.

Fit

(b) *Limites iuris dominici s. iurisdictionis patrimonialis & imperii s. potestatis publicae a Rege pendentis egregie determinavit vir illustrissimus & immortalis gloria dignus, L. B. de Senckenberg in tractatu nuper edito, quem inscripsit: Abhandlung der wichtigen Lehre von der Kayserlichen allerhöchsten Gerichtbarkeit in Deutschland ꝛ. Franckf. 1760. § 1, p. 1. sq. ubi inter alia hoc modo de iis disputat: Der Unterthan hat über sein Eigenthum und was davon abhanget, auch dasjenige, so die Handhabung desselben und die Familie angehet, zu sagen. Daher kan er sein Eigenthum vertheidigen, sich in so fern selbst recht schaffen, seinen Rechten Krafft geben, den Hausfrieden in Ordnung halten, seine Knechte als Hausgenossen oder Angehörige zur Schuldigkeit zwingen, seine gewisse Gefälle einreiben, alles thun, was sein Eigenthums Recht erlaubt, und mit diesem ihm zuständigen, auch nach Gelegenheit mit einigen Zwang verknüpften Gebrauch thut er nichts gegen das gemeine Wesen, auch die Rechte der Republick und derselben Beherrschung oder das imperium ꝛ. conf. etiam §. 2, p. 3, seq.*

Fit enim saepius, ut iura non in actum secundum transeant. Cuius ager, verbi gratia, vel nullas vel certe abditas argenti, auri, aeris continebat, eius ius metallifodinae, & quod inde fluit, numi cudendi absque effectu erat, nullumque apparebat. Quis vero a non usu iuris ad eius defectum arguens recte facere videatur? Quamvis vero hi domini ratione praediorum habita nulli, nisi Deo subiecti, planeque liberi fuerint, omnes tamen liberi homines omnesque nobiles, cum cives essent regni Francici, regio tribunali subiecti & ad arma pro salute reipublicae capienda obligati erant. Quod igitur hisce obligationibus civilibus respondet ius, imperium appellari meretur. Omnis adeo iurisdictio in liberos homines, & praecipue iurisdictio criminalis tam in liberos, quam in servos pendeat a Rege; unde ea etiam bannus regius vocari solet. Quibus autem Reges mandaverant iurisdictio- nem in liberos s. bannum regium, ii Comites dicebantur (c).

Ob 3

Ad.

(c) cf. illustr. *Struben* in collectione opusculorum, quam inscripsit: Nebenstunden, vierter Theil XXIII Abhandlung vom Ursprung der Landes Hoheit in Deutschland s. XXII, p. 63 hoc modo cup- tantem: *Es mercket Herrgott in Genealog. Halbspurg. p. 22. an/* daß in den mittlern Zeiten aus vielen Erbgüthern Graf- schafften gemacht worden. Dieses geschah besonders in in Sachsen / in welchem bezwungenen Land Carl der Grose die Fränkische Verfassung einführte / und es durch Grafen regieren ließ. Selbigen Konte er die mächtige Herren / wel- che ansehnliche Herrschafften besaßen / nicht unterwürfig m- chen. Er legte also den letztern die Gräfliche Würde bey / und entstunden solchergestalten erbliche Grafschafften / welche von niemand zu Lehn getragen wurden. idem ac- cille Francorum nobilissimis, nemo est, qui dubitet.

Adiungere iuribus suis proinde etiam ius Comitatus studuerunt Dynastae, qui proinde mox Domini, mox Comitibus titulo in veteribus chartis uti solebant (d). Salicos Dynastas Comitatus fere in omnibus illis pagis, per quos eorum praedia patebant, habuisse supra §. VI vidimus; inprimis vero Westrasiae dominis tam felicibus esse licuit, ut iam inde a saeculo X in perpetuis inter Franciae Orientalis & Occidentalis Reges disceptationibus opportunam terras dominiorum suorum augendorum occasionem invenirent, qua de re supra iam differuimus (e). Quin fuere ex iis, qui etiam dominia sua prorsus ab Imperio avulsa tenuerunt, cuius rei exemplum praebent Comites sive Dynastae Lützelsteinenses (f).
Ne-

(d) Titulis his promiscue usos fuisse Comites Geminipontis, infra in eorum historia videbimus; cf. interim Genealogiam Comitum Geminipontis a. c. 1262 editam, dipl. n. 19, p. 6.

(e) Cap. II, § VIII, p. 59 sqq.

(f) En ipsius Wenceslai Regis litteras, ex quibus, Comites istos dominium suum libere prorsus iuraque etiam telonei & conductus bannumque tenuisse usque quo quasdam villas suas iuraque Regi & Imperio in feudum primus obtulit Henricus Comes a. 1262, colligere licet:

Wir Wenzelaw von Gottes Gnaden Römischer Künig zu allen Ziten merer des Ruchs vnd Künig zu Behem / besessen vnd tunt tunt öffentlich mit diesem Brieff allen den die In ehent oder hören lesen / daß für vns komen ist / der Edele / Heinrich / Graue zu Lützelstein / vnser und des Ruchs lieber getruwer und gab vns uff mit gutem Willen / in vnser und des Ruchs hende die nochgeschr. Dörfer / Haslaw / Winden / Dypach / Pergesbach / Ache / Wolffkirchen / Erlingen / Burzenrode mit Gerichte und Bannnen /

Neque igitur ullum superest dubium, quin liberi domini

ca-

nen/ vnd alles das derselbe Grose Heinrich in denselben
 Dörffern an Lüten/ Gülden/ und andern Nutzen bizhar
 gehabt und besessen hat/ die sin eigen fry vetterliche erbe
 gewesen sint vnd vormals zu dem Reich nit gehört haben, vnd bat
 uns mit flisse/ daß wir Ime vnd sinen Erben dieselben
 Dörfer vnd och den Zol zu Lüzelsstein, den er vor langen Ziten
 gehabt und besessen hat, zu rechten Edlen Lehen zu verlihen
 Gnedeglichen geruchen. Das haben Wir angesehen sinen
 Dienst vnd truwe/ die Er vns vnd dem Reich offte nüzlich
 chen und willkeichen geton hat/ teglichen tut vnd fürbaß
 tun soll vnd mag in künfftigen Ziten/ vnd habent mit wohl-
 bedachtem Muce vnd gutem Rate Unser und des Römischen
 Reichs Fürsten/ Herren/ Edeln und getruwen demselben
 Grafe Heinrich und sinen Erben die egenante Dörfer mit
 allen iren Zugehörungen vnd och dem Zolle vnd Geleite zu
 Lüzelsstein verlihen und gereicht/ liehen und reichen In die
 mit crafft dis Briefes rechter wissen vnd Römischen Kün-
 niglichen mechte volckumenheit von Uns und dem Reich
 zu haben/ zu halden vnd als sollicher Lehen recht ist zu bes-
 sitzen; vnd darumb das der egenant Grose Heinrich von Lüz-
 zelsstein solliche Dörffer vnd Güter/ die vormols sin frie
 Güter gewesen sin/ von vns und dem Reiche zu Lehen em-
 pfangen hatt/ vnd vor Unser und des Reichs Mann nit gewesen
 ist, durch Besserunge derselben Lehen, So haben Wir Im
 und sinen Erben von nurwes ein Zoll und Geleite vff den
 Stroffen die do gont von Elsassien über das Gebürge gen
 Westerich vnd herwider von Westerich gen Elsassien/ zwus-
 schent Buchberg/ desselben Grofen Dorf das vor langen
 Ziten vergangen vnd verwust ist/ vnd sant Kurin bi Tur-
 ckelsstein/ über die Steige des Gebürges zu Tabern vnd her-
 wider über/ oder anderswo in demselben Zirckel do zwus-
 schent

castrorum Geminipontis, Hornbaci ac Tabernarum montana-

schent über das Gebirge und herwieder über herlöbet und gegeben habent / erlöbet und geben Inen die mit Crafft dis Briefes Rechterwissen vnd Römischer Kuniglicher mechte Volckommenheit / zu nemen von einem yeden geladenen Wagen acht schilling stroßburger Pfenning / vnd von yedem geladenen Karrich / vier schilling / von yedem Pferde / das Köff-Gut uff dem Rücken treit / einen schilling / vnd von großem Viehe / Pferd oder Rinder / yedem stücke acht Pfenning vnd von kleinem Viehe vier Pfenning derselben Stroßburger Pfenning / denselben Sol und Geleite von Uns und dem Riche zu rechtem edeln Lehen zu halten vnd ewelich zu besizen / also doch vornemlichen, das der vorgenant Grose Heinrich von Lüzelsstein vnd sine Erben von desselben Solleswegen die Köff-Lüte vnd Ir Köff-Gut vff denselben Stroßsen die do gent von Elaffen über das Gebürge gen Westerich vnd harwieder / als vorgeschriben stot mit Namen / getruwelichen schützen / schützen sollen vnd beschirmen / gleicher wise als Ir eigen Lüte, vnd darumb gebieten Wir allen Fürsten / Geistlichen vnd Wernelichen / Grafen / Fryen / Herrn / Dienstlütten / Rittern / Knechten / Gemeinschaften der Stette / Mercke vnd Dörfer / vnd allen andern Unsern vnd des Riches Vnderthonen vnd getruwen / das Sie den vorgenanten Groff Heinrichen von Lüzelsstein vnd sine Erben an sollichen Lehen / Solen vnd Geleite nit hindern solent / irren noch sumen / in deheine wise / sunder sü darzu vnd doby von Unsern vnd des Riches wegen hanthaben / schützen vnd schirmen als sie Unser vnd des Riches swere vngnade wöllen vermieden, mit vrkunde dis Briefes / versigelt mit Unser Kuniglichen Majestät Ingesigel. Geben zu Prage nach Cristus Geburt driehunder Iore vnd darnach in dem
zwei

narum, quibus curtes, villae, agri praediaque circumiacentia erant attributa, a primis temporibus ornati fuerint iuribus Comitum, quae inde a temporibus Henrici III & saec. XII tanquam haereditaria familiis fuisse, supra demonstravimus (g). Confirmata haec maxime sunt imperantibus Regibus ex familia Stauffensi, quod bene vidit illustris Koppius (h): *Imperatores, inquit ille, Suevici omni studio in id incumbentes, ut dignitatem Caesaream familiae suae iure haereditario adnecterent, ad hoc impetrandum principes omnibus modis allexerunt, ipsis vicissim promittentes, & lege publica sancientes, ut terras suas liberiori iure possiderent-. Accedit quoad, cum antea sub Saxonis & Franconis etiam Impp. Comitatus plerumque dicerentur a Comitibus, ita nunc sub Impp. imprimis Suevicis status rerum mutatus invenitur, ususque invaluit, ut Comites a Comitibus suis nomen acciperent, v.g. Comes de Zuainbruck, de Sarbruck, de Tagisburg &c. uti id sexcentis exemplis vel ex uno Vrspergensis illustrare possemus-. Miscuit tamen laudatissimus Auctor Comitatus allodiales & beneficiarios. Comitatus certe Geminipontis non fuit, nisi liberum dominium, cuius antiqui possessores dignitatem iuraque Comitatus simul in illo ipso habuere. Habuit pagus Blesensis praeter illos etiam Comites suos, qui, quicquid erat iuris regii, administrabant. Horum iura beneficiaque propagata videmus in Comitibus Sarwerdanis Dominisque Kirck-*

P p ke-

zwei und achtzigsten Jor/ an sant Gallen tag / Unser Riche des Böhmschen in dem zwentzigsten, vnd des Römischen in dem Subenden Jore.

(g) cap. II, § x, p. 70 sqq. cf. etiam ill. *Struben* l. c. p. 69.

(h) in tractatu de insigni differentia inter Comites S. R. I. & nobiles immediatos Argentor. 1724. sect. I, § xx, p. III & 112.

kelenſibus, uti ſupra pluribus in eorum hiſtoria probavimus, Nihil autem iis unquam rei fuit cum patrimonio Francico, cuius haeredes Comites Bipontini exſtiterunt, ſed hi iurisdictionem habuere patrimoniam & liberam (1). Erit noſtrum,

- (1) Egregie P. L. liber Baro de *Knigge*, ordinis ſui ornamenti in Diſſert. ſua inaugurali, de caſtri germanici natura & indole, Gottingae an. 1788. § XLIV, p. 188. ſqq. deſcripſit iurisdictionis in Germania indolem, adeo ut non poſſim non, quin in gratiam eorum ex noſtris, quibus ſtatus antiquus Germaniae minus plane perſpectus eſt, locum integrum ab eo mutuer. Ita ille diſtincte: *Omnis iurisdictione in Germania exercebatur aut ex poteſtate publica ſive imperio per comitem, vice-comitem, vicarium alioſque Judices publicos, aut ex poteſtate dominica ab ipſo domino, non ſolum in homines, vaſſallos, miniſteriales, mancipia & ſervos, ſed etiam circa res, ut ſilvas, beneficia, manſos ſerviles, cenſuales, operas & hereditates ſerviles. Ex poteſtate publica prodibant tanquam eius ſpecies, Placitum comitis, Judicium provinciale, Advocatia, Centena &c.. Dominica poteſtas produxit ſpecies varias quoque, puta: iudicia parium, dominationem in ſilvis, placitum cum colonis, aliaque iudicia — Illa iurisdictione, quae provenit ex poteſtate publica, fuit compoſita ex poteſtate imperantis & iure populi. Imperans in hoc iudicio praefidio & directione gaviſus fuit, populo ius ſcabinagii in edendis & inveniendis ſententiis competiit. Ex his ſententiis inventis publica poteſtas decrevit, populusque adeo ipſe iudicio ſcabinorum reſtus fuit. Iurisdictione ex publica poteſtate prodians cum ſcabinorum iudicio coniuncta, initio adminiſtratoria, manu Comitum aliorumque iuſtitiae miniſtrorum ad actum perducebatur, non quidem ſuo & proprio iure, ſed ex poteſtate demandata. Inſequentibus temporibus, quamvis ſumma poteſtas indiſſolubili cum imperante nexu copulata ſemper manſerit; veruntamen quaedam*

strum, quando historiam Comitum Geminipontis Iustraverimus, hanc ipsam exemplis chartarum ope illustrare & confirmare. Non possum tamen, quin iam hic ad aperiendam magis indolem superioritatis nostrorum Comitum in dominio suo ex tabula emtionis venditionis & oblationis supra iam laudata formulam Comitatus ipsius patrimonialis adducam:
Wir Eberhard Graue zu Zweinbrucken / vnd wir Lyse von Veldenz / sin eliche Huißfrau / bekennen — das wir — Herrn Ruprecht dem eltern / Pfalzgraue by Rine — verkeuffen mit crafft diß brieffes erbeclich vnd ewiglich Zweinbrucken vnser Burg vnd vnser Stait / auch das halbe teil daran, Hornbach vnser Burg vnd Stait / das halbe teil daran / vnd Bergzabern vnser Burg vnd Stait / auch das halbe teil daran / mit Herschaften / Vogtien / Mannen / Mannschafften / Burgmannen / Burgmannschafften / eygen / eygenschafften / lehen / lehenschafften / friheiten / eren / vnd gewonheiten / mit dorffern / wylern / hossen / zehenden / luten / eigenluten / gerichtten / freveln / gefellen / sturen / beten / zinszen / adern / wisen / waiden / welden / buschen / holzern / velden / wiltbanne / wassern / wasserleuffen /

P p 2

fi:

potestates subordinatae, & ad summam potestatem, quam agnoscunt veneranturque, quasi correspectivae, a summa potestate exiverunt, hereditariae factae, alienatae, donatae, permutatae, oppignoratae, in purum allodium concessae sunt, & adeo in commercii usum abierunt. Hoc itaque modo si illa ipsa iurisdictio, descendebat a potestate publica, omnibus acquirendi dominium modis subiecta, facta fuit patrimonialis; multo magis iurisdictio, cuius fundamentum est potestas dominica, erit in patrimonio.

fischerien / wiern / dichen / mulen / mulenstetten / und mit allen andern zugehorungen / wie man die genennnen mag mit sunderlichen worten / gesucht vnd vngesuchte / hohe vnd middere / must nit vßgenommen / das alles vns recht eygen ist / vmb funf vnd zwoenzigtusend guter guldin. — Darzu erkennen wir vnß auch -- das wir -- Hertzog Ruprechten dem eltern -- den andern halben teil / den wir vns behalten han an Zweinsbrucken / an Hornbach / an Bergzabern / Burgen vnd Steten / mit allen iren zugehorungen -- sur recht eigen offgegeben haben / vnd haben wir Graue Eberhart -- dieselben halben teile alle widderumb zu rechten mannslehen entpfangen. --- Geben zu Heidelberg off den mitwochen vor Sant Fabians vnd Sant Sebastians tag / nach Cristus geburt druzehen hundert iare / vnd in dem funff vnd achzigstem iare. Atque sub hoc Comitatu & Dominio inter alia monasteria etiam Hornbacense, cuius Advocati saec. etiamnum xii fuerant Salici, contentum fuisse, docent litterae divisionis inter Comites Bipontinos in Geminoponte, & Bitenses clcccxxxiii factae, quas suo loco edemus, his verbis: **D**uch ist ym (k) zu deilongē gevallen **Hornbach die stat / vnde das closter vnde alles das darzu heuzret mit allem rechte** &c. Idem ius declarat charta compositionis inter monasterium & Henricum, Comitem Geminipontis, eius Advocatum, a. clcccxxxiiii (l) initae. Cerrissimum igitur est, Advocatiam istam dominiumque iure haereditario peruenisse ad Comites hos, Salicae stirpis per feminas propaginem.

- (k) Walrabo Comiti Geminipontis, patri eius Eberhardi, qui Comitatum suum allodiale Palatinis vendidit, & in feudum obtulit.
 (l) Vid. Geneal. Com. Geminip. an. clbccciv editam, dipl. n. 1.

Addenda & emendanda.

- Pag. 6. not. lin. 7 & 9. deleatur vocula *quoque*.
lin. 21. deleatur *temere satis*.
- p. 7. lin. 4. seqq. *Missos iam facio veteres Comites Saraepontanos, — Bipontina tantum curare iam mihi annus sit.* Ab hoc proposito dein ita discessi, ut cum cap. III in origines Comitatum & dominiorum haereditariorum, quae, postquam pagi desiere, enata sunt, diligentius inquirerem, ex rationibus §. V allatis familiam Saraepontanam, stirpem Bipontinae, denuo & longe plenius illustrare fusciperem.
- p. 7. not. lin. 5. *Cap. sequenti* corrige *Cap. II.*
- p. 10. n. 3. lin. 3 *Friderici III* corrige *Friderici II.*
- p. 13. not. (r) Conf. quae c. II, p. 50. not. (a) pluribus disputantur.
- p. 15. lin. 1. *quod* corrige *qui*.
.. not. lin. 1. *itineratio* lege *itinerario*.
.. lin. 4-7 conf. quae cap. lIII, §. V, n. 5, p. 190. sq. uberius & rectius disputantur.
.. lin. 13 & 14. *donata* corrige *facta*.
- p. 20. lin. ult. text. post vocem *Bedensi* addatur signum notae (p).
- p. 21. lin. 3 post vocem *promiscue* inseratur signum (q).
- p. 22. not. lin. penult. *promectus* corrige *porrectus*.
- p. 25. not. (y) lin. 10. *qui baud procul a castro Tban abest* corrige
& *quidem in praefectura Finingensi*.
- p. 29. not. (y) continuanda est ex *Tilemanno Stella* cursus fluvii Sualbae s. potius Hornbach, amniculorumque in illum ingredientium descriptio:
p. 125. Die Bickelhalbe entspringt erstlich zu Köderichingen / laufft darnach beneben Kimlingen und Berweiler her / unter / darnach durch Pöppikum / darnach an Alheim her / darnach an Bicken Aspach und Mittelbach herunter / endlich kompt sie vnter Berckhausen hart in die Schwalbe / wie zuvor angezeigt ist / do verlußt sie iren Namen. Die Müß
Pp 3 dals

delsheimer Bach felt unten an Pöppickum darin. Desgleichen auch die Bach von Scwiler / Altheimer Brül genant / felt vber Altheim hinein / aber die Bickweiler Bach laufft obent dem schalckfurt hinein. Die Lengde des flusses an der Bickenhalben ist von dem grossen Baustein obent Bicken Aspach / do sie erst ins Ampt felt / bis zu obgemeltem zusammenfluss Etwas unter Berckhausen / bey 3560. schritt / das macht drey viertel Meilen vnd 560. schritt.

p. 127. Die Hauptbach / so durch den neunnden Grunde herunter laufft / wird noch als die Schwalbe genant. Diesen Namen behelt sie / bis an den Ort vbir der Ernstweiler Brucken / do sie mit der Erbach zusammen rinnet: doselbst verlenst sie den Namen. Sie hatt in ihrem strich vnd Lengden bey 3600. schritten / das macht drey viertel Meilen vnd 600. schritt.

- p. 31. not. lin. 19 **Beudertelgen** corrige **Brudertelgen**.
 . . . lin. 23. **Ernstweiler** mit lege **Ernstweiler** / do sie mit.
 p. 37. not. lin. 6. *Cap. VI* corrige *Parte II*.
 p. 38. not. (l) lin. 1 & 2. *Koppio* in lege *Koppio assertis in*.
 p. 59. sq. not. (n) cf. quae de *Walabone* Comite, Abbate Hornbaccensi, praeterea ex diplomatibus collegimus, cap. III, §. IX, p. 110 & 111, ibique notata. Comitis autem officio is iam Carolo crasso imperante functus est. Hic enim praedium suum Alahesheim in pago Wormatiensi, quod monasterio Laurishamensi tradidit, in Comitatu Walonis, situm fuisse dicit, vid. *Struvius* in notis ad Chron. Laurisham. in *Freberi* scriptt. T. I, p. 95. In traditionibus quoque Fuldensibus a *Schannato* editis p. 287. n. cl. haec illius & uxoris fit mentio: *Walab Comes & uxor eius Megina tradiderunt Knecegowe, Terbisse, Marburgibusen, & caetera consinia iuxta Moyn iuvium sita*; cf. quoque *ibid.* p. 284. n. LXVIII.
 p. 60. not. (v) lin. 4 a. 1135. corrige 1131.
 p. 61. not. (x) lin. penult. *Cap. V*, lege *Part. II*.

- p. 61. not. (y) in fine: *Comitum haereditariorum Saraepontis ex saec. XI deductum videre licet in Genealogia Comitum Geminip. Spec. I. lege Comitum haereditariorum Saraepontis stemma deduximus inde a saec. XI in Genealogia Comitum Geminipontis a. clcccclv ed. ta, diligentius vero illustrabimus Cap. III.*
- p. 62. not. (a) lin. 1. 950. lege 956.
- p. 68. *Ernustelwilre* corrige *Ernustelwilre.*
- p. 95. Tabulam hanc Genealogicam & emendavimus & continuavimus cap. III, §. III, p. 152-172.

Cap. III Tabula familiae Augustae Francicae dupliciter augei & emendari potest:

Quod enim primum est, id, quod §. VI, not. (d), p. 101. subodoratus eram, Lambertum videlicet nostrum Hornbacensem cum Lothario I Imp. in Italiam discessisse, ibique posteros, Ducatu Spoletino ornatos, dein Augustos & Reges Italiae, reliquisse, amplius non dubito, ex quo viri celeb. Joach Erdmann *Schmidtii* Diss. de Langobardis eorumque in Italia regno a Guidone Spoletino non sola electione quaesito § xxxvi-xxxviii, p. 42-46. perlegi. Is scilicet Lamberto, quem a lcccxxxvi *Annales Fuldenses* primoribus Italiae annumerant, filium fuisse *Widonem* sive, ex dialecto Italica, *Guidonem* seniore, pariter inter proceres Italiae a. lcccxxxiii obvium, & Ducem Spoletinum, probabilissimis nobis persuadet rationibus. Cum vero Widonis huius filius, adeoque Lamberti Hornbacensis nepos, Widonis Hornbacensis pronepos, Wegelenzonis abnepos, Werinheri s. Werinarii fundatoris Abbatiae S. Pirminii atnepos, Widof. Guido junior, Dux Spoletinus, postea Imperator, *Luitprando* a Francis (Carolidis) quandam adfinitatis lineam traxisse, & *Frodoardo* propinquus Caroli S. fuisse dicatur, praecclare idem auctor inde auguratur, Lotharii I filiam, cuius nuptias *Annales Fuldenses* ad a. lcccxxxii tradunt, sponsum verotacent, in matrimonium collocatam fuisse Widoni seniori, Lamberti, qui quondam Lothario amicissimus & inter Francorum

Co-

Comites illustris fuit, filio, atque sic Widoni iuniori, extincta stirpe Lotharii I mascula, ius quoddam obvenisse in regnum Lotharingiae aut Italiae. Prodit inde hoc Francorum nostrorum in Italia genearchicum schema a celeb. Schmidtio inchoatum, & adiuvantibus litteris a viro perill. de *Oblenschlager*, cui tamen nexus adfinitatis Widonis cum Lotharii I familia haud probabilis est, quam humanissime ad me datis auctum:

LAMBERTVS I, *Widonis*, quem praeseniorem vocamus, filius, *Werinberi* fundatoris Abbatiae Hornbacensis pronepos, & huius ipsius condominus, Comes illustris, fautor Lotharii I maximus, occurrit inter Italiae proceres. † 836.

WIDO s. GVIDO *senior*, Dux Spoletinus occ iam BERENGARIVS (*Werenbarius*), Dux a. 834. inter proceres Italiae & Dux Spol. a. 843. Spoleti a 836-844.
Ux. *filia* Lotharii I Imp. nupta 841.

LAMBERTVS II, Dux Spolitenfium iam a. 861. in Papam & Romanos crudelis, ideoque Ducatu ad tempus privatus, obiit perfidus Dux an. 880.	ROTILDIS nupta <i>Adelberto</i> , Marchioni & Duci Tusciae.	GVIDO II, iunior, Comes Tuscanorum, Spoletum & Camerinum Ducatus suscipit an. circ. 883, post Imperator † 894. Ux. <i>Angiltruda</i> , fil Adalgisi Principis Beneventani.	ANSCHERIVS occ. in Panegyrico Berengarii Imp. apud <i>Leibnit</i> . Scriptt Brunsvicens. T. I, quem nonnulli fuisse perhibent avum Berengarii II Regis.
--	---	---	---

GVIDO III, Comes, Dux Spoleti anno 880. † circiter anno 883.
JOTA forte *Vota* s. *Vda* soror Guidonis IIII, nupta *Guaimaro* II, principi Saernitano.

LAMBERTVS III, Imperator cum patre 891. † 898.
GVIDO IIII, Dux Spoleti & Marchio occ. anno 895.

Al-

Alteram accessionem una cum emendatione suppeditat nobis
Cap. llll, § vi, n. 1, p. 242-244:

CHUNO s. CONRADUS,

Ottonis Wormatiensis, Ducis Francorum & Carentanorum,
circa a. 1004 mortui (vid. *Froelichji* Archontol. Carinth. Tab. l.)
filius alter ipse quoque vocatur Wormatiensis, sicuti fratris
Henrici familia Spirensis, succedit primum patri in Ducatu
Francorum dein etiam Carentanorum; in diplomate Disiboden-
bergenfi appellatur Dux de Beckelnheim.

Ux. 1. JUTTA.

2. MATHILDIS fil. *Hermannii* Ducis Alemanniae ex Gepa
Burgundica, nupta an. 1005.

1.	2.	2.
VDA, def. & sep. in coenobio Disibo- denbergenfi ante an. 1005.	CHVNO s. CONRADVS minor, Dux Franco- rum & Carentanorum † 20. Aug. 1039.	BRVNO, Episcopus Wirziburgensis xx an. 1034, † 27. Maii 1045.

p. 110. cf. de Walahone Comite Abbate Hornbacensi etiam *addenda*
ad pag. 56.

p. 115. lin. 1. *pater* corrige *patre*.

p. 118. lin. 21. *concessisse* adde *tradit*.

p. 119. lin. 6. *Geminipontem* corrige *Geminumpontem*.

. . . lin. 8. *classsem* corrige *classsem*.

p. 133. Ludovicus I, Sarwerdanus, alter fundator mon. Wernerivil-
lani, liberalis quoque fuit erga domum Altae sylvae testante
eius charta, quam in *Calmeti* Hist. Loth. T. II probb. pag.
cccxciv. reperire licet. Damus igitur tantum particulam inde
excerptam: *Inde est, quod ego Ludovicus per misericordiam Dei*
vocatus Comes de Salwerna notum facio — quod Domum Altae
Sylvae toto corde diligere totoque devocionis affectu venerari desi-
dero; quocirca volo firmiterque constituo, ut fratres eiusdem do-

Q 9

mus

mus pacem firmam habeant per totam terram potestatis mee — Remitto & eis de redditibus illis, quantum spectat ad me: illud videlicet, quod vulgo Rotagium vocatur, quotiescumque carri eorum vel pro mina ferraria, vel pro aliis negotiis per terram meam transferint — MCLXXXV.

- Occurrit praeterea *Ludovicus Comes de Sarwerda* credo III, an. c. clxxxvi in *Guden. Syll. I dipl. Cod. Schonang.* inter testes chartae n. xviii, p. 48. Quando autem *Gesta Episc. Metens.* in vita *Theodoricus I*, qui sedem tenuit a. 1172-1179, haec de eo produnt: *Hic turrim in medio castri Luxemburg sitam, quam tunc temporis Comes de Saluerna tenebat, sibi suisque successoribus ipso Comite capto recuperavit, videtur pro Saluerna legendum esse Salmena.* Neque enim Comitem *Sarwerdanum* in castro *Lucenburg* praesidium habuisse, credibile.
- p. 138. not. (x) lin. 3 & 4. *Distingendum igitur est adde Limbacum istud.*
- p. 144. not. (m) lin. 5. *superioris* corrige *inferioris.*
- cf. caeterum h. l. §. V, n. 5. p. 190 & 191, ibique notata.
- p. 150. sqq. n. 3. *Tabula Comitum Homburgensium*, quae huc spectat, posset quidem insigniter augeri. Sed hoc in *Oratione historica de Homburgo VVestrasiano*, brevi ad finem perducenda, opportunus a nobis agitur.
- p. 158. not. (t) ex parte emendatur p. 172. not. (4).
- p. 173. lin. 6. *Castum* lege *Castrum.*
- p. 179. lin. 4. *Comites Saraepontanos* lege *Comitem Saraepontanum.*
- p. 181. lin. 2. *ab* corrige *ob.*
- p. 185. lin. 1. *contra* corrige *contra.*
- p. 186. lin. 4. *Fridericus Comes de Sarbrugge.* Addenda est haec nota: Legitur charta ista in summi *Koeleri* *Comm. hist. ad privil. Norimb. de castro Imperiali Brunn*, §. V, p. 8 & 9.
- p. 187. lin. 9. *prioms* corrige *prioris.*
- p. 190. not. (o) *Pleniorem de iis notitiam aperit Schilterus in gloss. Teuton sub vocibus Elßaß & VVerd.*

p. 189. lin. 10. sqq. Ita nimirum rem narrat *Calmetus*: *Les &c.*
 En verba ipsa diplomatis, quod paulo serius reperi in *Calme-*
ti Hist. Loth. T. II edit. vet. p. cclxxxii. — Notum volo
 fieri omnibus, quod ego *Pbilippus Flandrie & Viromand. Co-*
mes in vigilia Sancte Crucis pacem composui inter Simonem Du-
cem Lotbavingie, cognatum meum, & Fredericum fratrem suum
in hunc modum: Quod ipse Dux Simon per manum meam dedit
fratri suo Frederico alodii de Vlms, cum omnibus pertinen-
tiis, & castrum alodii de Gillebertivillario pro centum libris,
quas debebat ei in terra assignare, & feudum Comitis Seyberti,
& curiam de Sanceio, & quidquid habebat a Metis inferius
versus Trevisis, cum feudo Archiepiscopi, preter feudum Comi-
tis de Salbruc, quod pertinet ad Ducatum, & preter feudum
Comitis Roberti patrum eorum: salva susceptione cirotecoram de
nobilibus hominibus, salvo & iure & iustitia Ducatus; & preter
feudum Comitis de Cleva, & aliorum, qui iuxta Rbenum ma-
nant. — MCLXXIX.

p. 210. not. (f) lin. 6. sqq. Fundavit enim hanc ecclesiam —
 auctor. corrige Fundavit enim hanc ecclesiam anno qui-
 dem cclxxxvi *Simon de Commarceio*, sed is non ad *Sarae-*
pontanos referendus est. Dominium scilicet Commarceii demum
ad Saraepontanos pervenit per Elisabetham de Commercy, filiam
heredem Simonis de Broyes, & uxorem Simonis IIII, filii Mech-
tildis Comitissae Saraepontanae, & novae familiae auctoris, qui
proinde Comes de Saraeponte & Dominus de Commerci vocatur.
Calmetum vero suo ex ingenio seu memoriae lapsu fundatori ec-
clesiae illius Simoni de Commerceio addidisse etiam appellationem
de Saraeponte, produnt ipsae litterae foundationis a Petro Epis-
copo Tullensi datae, quas edidit in Hist. Loth. T. II, edit. vet.
p. cclxxxii.

p. 211. lin. 9. *Colaniensis lege Coloniensis.*

p. 238. lin. 19. *intentata ipsi, caussa caderent, sic distingue, inten-*
tata, ipsi caussa caderent.

- p. 253. lin. ult. cl̄cl̄xxx corrige cl̄cl̄xxxx,
p. 267. lin. 2. *Ottonem* lege *Ottonum*.
p. 261. lin. 1. *neq* lege *neque*.
p. . . . lin. 5. deleatur comma post vocem *contulerunt*.
p. 268. not. (u) *Anno* cl̄ccc̄xii corrige cl̄ccc̄xiii.

FINIS PARTIS I
ORIGINUM BIPONTINARUM.

A F

WERINHERVS, I. *Wernber*
ope S. Pirminii fundav
& Worm. &c. §. 2. U

WEGENLENZO, Comes,

WERINHERVS II, *VVarim*
agro Wormatiensi ac M
fi, beneficus erga mon,
ham. † circa 796. Ux. 1

WERINHERVS, III. *VVerin*
narius, Nuncius Imp.
mon. Hornb. cum *VVi*
tor statuti Hornb. a. 80
caesus Aquisgrani a. 8

HERARDVS, *Gerard*, G
mon. Hornb. possedit. C
liffim & *fidiffim* Lud.
dicavit unumque p...

HENRICVS V, Imp. in
quo a. 1125. familia
Salica Spirensis ex-
stincta est.

Conradus, Dux Franc
ius nominis III. a. 113

CONRADVS
ciae Rhen
monis Sa

KIRCKEL.

RTRVDIS.

72. cum fratre
Rom. v Frid.
on. Werneriv.

fi. N. N. fi.
ar. lia Mar.
us dominus
gen de Fal-
kenstein
ANNES, Domi-
s de Kirckel,
mus suae gen-
† 1387. sine li-
ris.

L. SOPHIA de
eroltzeck.

TABULA
FAMILIAE AUGUSTAE FRANCICAE

A FUNDATORE MONASTERII HORNBAEENSIS DEDUCTAE.

WERINHERVS, I. *Wernberus, Wecebo*, alta Francorum gente propagatus, vixit ineunte saec. VIII. a. eius XL. ope S. Pirminii fundavit *monasterium Hornbaeense in pago Blefensi*. Allodia habuit praeterea in agro Spir. & Worm. &c. §. 2. Ux. *Wiligarta*, a qua villa *Wilgartswiesen* in pago Spirensi nomen traxit §. 8.

WEGENLENZO, Comes, in pago Lobodunensi vixit circa medium saec. VIII. §. 3.

WERINHERVS II, *Wvarinus*, Comes, possedit allodia in agro Wormatiensi ac Moyngowe, Spirensi & Blefensi, beneficus erga mon. suum *Hornb.* & coen. *Lauris-ham.* † circa 796. Ux. *Frideruna* §. 3 & 4.

WERINHERVS III, *Wverine, Wvar-narius*, Nuncius Imp. possedit mon. *Hornb.* cum *Wvidone*, auctor statuti *Hornb.* a. 807. conditi caesus *Aquisgrani* a. 814. §. 4.

WILIGARTA, cum nepote *Wverin-bero* villam *Wil-gartswiesen* *Spir-minio* a. 828. dat.

LANTBERTVS, Comes illustris mon. *Hornb.* Filii cum *Herardo*, patruelis sui filio, proprium alii. sibi habuit, *Fautor Lotbarii I. rebellis maxi-mus* † 826. §. 5 & 6.

HERARDVS, *Gerardus, Gebhardus*, cum *Lantberto* mon. *Hornb.* possedit. Comes *Logan.* *Dux nobilissimus & fidissimus* *Lud. pii germ.* 819-856. §. 5, 7.

WERINHERVS IV, *altae prosapiae* cum amita *Wilgartswiesen* S. *Pirminio* donat. A. 865. a *Ludov. germ.* honoribus pri-vatus, sed a *Lud. iun.* restitutus, † sep. in mon. *Lauris.* §. 8.

CONRADVS, *Hassus* Comes, Ducatum *Thuringiae* obtinuit & rursus dimisit a. 892. caesus a. 905.

RVDOLPHVS, *Wircebur-gensis* Episcopus anno 892-908.

GERHARDVS, *Gebehardus* *Vederovi-ensis*, Comes, caesus a. 910.

EBERHARDVS, *Loganensis*, Comes, caesus a. 902.

WERINHERVS V, *Camerae* nuncius in *Francia* cum *Adelberto* *Babenberg.* † circa a. 900. §. 9.

WALAHO, *Walo*, Comes *Spirensis* & *Worm. Abb.* *Hornb.* tenuit circa a. 900. in *moyngow* bona habuit, 9.

STEPHANVS, Comes habuit praedia in *Hassia*, *Lothar.* &c. caesus a. 901.

CONRADVS, Comes *Rex* a. 911, 919. Ux. *Cungunda* ex *Warini* & *Ruodhardi* saec. VIII. *Cam.* nunciorum in *Suevia* genere oriunda.

EBERHARDVS, Comes, *Dux* *Franciae* *Rhen.* Comes *Palar.* occisus an. 939.

OTTO, Comes *Log.* pagi sup. a quo descendit *Nassovica* gens.

WERINHERVS VI, Comes in pagis *Spirensi*, *Wormati-ensi* & *Naveni* a. 891-930. §. 10.

BVRCARDVS, Comes, *Conradi Hassi* in *Ducatu Thuring.* successor. *Sator* *Familiae Misn. & Saxonicae* §. 9.

CONRADVS *Wormaciensis*, *Dux* *Lotharingiae*, caesus a. 955. §. 11. Ux. *Luidgarta*, *Otonis I. Imp.* filia.

OTTO, *Wormaciensis*, *Dux* *Carrent.* *Hornb.* coenobio bis regiam liberalitatem precibus suis conciliavit.

HENRICVS, *Hezel* *Dux* *Francorum* † 989. *Sator* *Familiae Salicae* *Spirensis*.

CONRADVS, *Cuno*, *Dux* *Carentani*, † 1012. *Sator* *Familiae Salicae* *Wormatiensis*.

CHVNO maior s. *CONRADVS* *Salicus*, *Spirensis*, *Rex* II. fundator *abbatiae Limburgensis* in pago *Spirensi*. † a. 1039.

CHVNO iunior, *Wormatiensis*, *Dux* *Francorum* & *Carrentorum* † 1039. §. 12.

HENRICVS III. *Imp.* † 1056.

Bruno, *Episcopus Wirceburgensis* N. N. † a. 1045.

HENRICVS IV, *Imp.* *Advocatum* *Abbatiae Hornbaeensis* a parentibus suis fundatae tanquam senior familiae sibi vindicavit illamque privilegia a. 1072 & 1105. munivit §. 12.

HENRICVS V, *Imp.* in quo a. 1125 familia *Salica* *Spirensis* extincta est.

AGNES, haeres *Francia*, nupta *Friderico I. Stauffensi*, huic familiae attulit *Ducatum* *Franciae* & *Advocatum* *Spirensis*.

GISELA, *Salica*, haeres, nupta *Friderico* *Comiti Saraepontano* eius familiae plurima allodia in pago *Spirensi*, *Blefensi* & *Wormatiensi* (ex quibus *Comitatus Bipontinus* coaluit) una cum *Advocatum* *Wormatiensi* attulit; c. IV. *Origg. Bip.*

Conradus, *Dux* *Franciae*, *Rex* hu- ius nominis III. a. 1138-1152.

Fridericus I. cocles. *Dux* *Sueviae* Uxor II.

AGNES, ex haereditate materna dotata est.

SIMON I. Comes *Saraep.* *Adv.* *Wormat.* a. 1156.

CONRADVS *Palatinus* Comes, *Dux* *Sueviae* & *Franciae* *Rhenensis*, *Advocatus* *Wormatiensis*, post *Simonis Saraepontani* obitum.

Simon II, accepit *Comitatum Saraepontanum* avitum.

HENRICVS, accepit ex haereditate aviae, terras *Salicas* abhinc *Comitatus Geminipontis* titulo insignes.

TABULA
FAMILIARUM AUGUSTAE TRINICAE

A. FAMILIARUM AUGUSTAE TRINICAE

1. Augustae Triniciae, in pago Lohelunghensi vici castri mediani, sec. VIII. § 1.

2. Augustae Triniciae, in pago Lohelunghensi vici castri mediani, sec. VIII. § 2.

3. Augustae Triniciae, in pago Lohelunghensi vici castri mediani, sec. VIII. § 3.

4. Augustae Triniciae, in pago Lohelunghensi vici castri mediani, sec. VIII. § 4.

5. Augustae Triniciae, in pago Lohelunghensi vici castri mediani, sec. VIII. § 5.

6. Augustae Triniciae, in pago Lohelunghensi vici castri mediani, sec. VIII. § 6.

7. Augustae Triniciae, in pago Lohelunghensi vici castri mediani, sec. VIII. § 7.

8. Augustae Triniciae, in pago Lohelunghensi vici castri mediani, sec. VIII. § 8.

9. Augustae Triniciae, in pago Lohelunghensi vici castri mediani, sec. VIII. § 9.

10. Augustae Triniciae, in pago Lohelunghensi vici castri mediani, sec. VIII. § 10.

11. Augustae Triniciae, in pago Lohelunghensi vici castri mediani, sec. VIII. § 11.

12. Augustae Triniciae, in pago Lohelunghensi vici castri mediani, sec. VIII. § 12.

13. Augustae Triniciae, in pago Lohelunghensi vici castri mediani, sec. VIII. § 13.

14. Augustae Triniciae, in pago Lohelunghensi vici castri mediani, sec. VIII. § 14.

15. Augustae Triniciae, in pago Lohelunghensi vici castri mediani, sec. VIII. § 15.

16. Augustae Triniciae, in pago Lohelunghensi vici castri mediani, sec. VIII. § 16.

17. Augustae Triniciae, in pago Lohelunghensi vici castri mediani, sec. VIII. § 17.

18. Augustae Triniciae, in pago Lohelunghensi vici castri mediani, sec. VIII. § 18.

COMITVM SARWERDANORVM ET DOMINORVM DE KIRCKEL.

FRIDERICVS I. Comes de Sarwerden

fundavit primus monasterium Wernerivillanum a. 1131. Vx. GERTRVDIS.

VOLMARVS, Comes de Sarwerden occ. circa a. 1150. Vx. STEPHANIA.

LVDOVICVS I. Senior, confir- LVDOVICVS II. iunior, confirmavit a. 1172. cum fratre
mavit a. 1172 & 1180. funda- fund. mon. Werneriv. † in expeditione Rom. v Frid.
tionem mon. Werneriv. occ. I. Imp. circa a. 1274 --- 1176. sep. in mon. Werneriv.
etiam 1185. Vx. GERTRVDIS.

LVDOVICVS III Co- HENRICVS, Do- N. N. filia N. N. filia N. N. fi- N. N. fi-
mes Sarwerdae minus de Kir- Mar. Co- Mar. Do- lia Mar. lia Mar.
occ. 1223-1246. ckel † improlis mēs de minus de Dominus Dominus
Vx. AGNES, 1242. sep. in Hoemburg. Siersberg. de Hagen de Fal-
Comitissa Gemi- mon. Werneriv. kenstein

HENRICVS II Comes FRIDE- WALPVRGIS nupht HILDEGARDIS JOHANNES, Domi-
Sarwerdae 1378 --- RICVS a. 1376. FRIDERI- nupht anno nus de Kirckel,
1397. † sine haere- Archiep. co, Comiti in 1386. Jo- ultimus suae gen-
dibus. Coloni- Moers, fatori hanni Dom. tis † 1387. sine li-
Vx. HERTZLAND, ensis an. fam. Meurfensis de Limburg, beris.
filia haeres Vlrici 1370 --- & novae Sarwer- ultimo fami- Vx. SOPHIA de
de Rappoltstein. 1414. danae. liae huius. Geroltzeck.

COMITVM SARWERDANORVM ET DOMINORVM DE KIRCKEL.

FRIDERICVS I. Comes de Sarwerden

fundavit primus monasterium Wernerivillanum a. 1131. VX. GERTRVDIS.

VOLMARVS, Comes de Sarwerden occ. circa a. 1150. VX. STEPHANIA.

LVDOVICVS I. Senior, confirmavit a. 1172 & 1180. fundationem mon. Werneriv. occ. etiam 1185. VX. GERTRVDIS.

LVDOVICVS II. iunior, confirmavit a. 1172. cum fratre fund. mon. Werneriv. † in expeditione Rom. v Frid. I. Imp. circa a. 1274 --- 1176. sep. in mon. Werneriv.

LVDOVICVS III Comes Sarwerdae occ. 1223-1246. VX. AGNES, Comitissa Geminipontis.

HENRICVS, Dominus de Kirckel † improlis 1242. sep. in mon. Werneriv. VX. JRMENGARDIS

N. N. filia Mar. Co- mes de Hoemburg.

N. N. filia Mar. Do- minus de Siersberg.

N. N. filia Mar. Do- minus de Hagen

N. N. filia Mar. Do- minus de Falc- kenstein

LVDOVICVS IIII. † 1242. paulo post Henricum de Kirckel patrum, sep. in Wernerswilre.

HENRICVS vocatur a. 1143 & 1145. Dom. de Kirckel, deinde post patris obitum Comes de Sarwerden.

FRIDERICVS de Siersberg, & Canon. S. Castoris in Con- fluentia 1264.

JOHANNES Dom. de Siersberg, & de Kirckel, occ. 1242 --- 1264. VX. ELISABETHA, 1264.

ARNOLDVS de Siersberg, occ. 1262-1264. VX. ELISABETHA 1264.

AGNES 1275. Mar. Eberhardus, Marefchallus de Huneburg. 1262 --- 1278.

VX. ELISABETHA, & paltor vidua & turtix a. 1278. occ. etiam a. 1309 & 1310.

LVDOVICVS I. Dom. de Kirckel, occ. 1293. --- 1300.

JOHANNES II. Dom. de Kirckel, occ. a. 1287. --- 1300.

JOHANNES I. Comes Sarw. † 1310. in exped. Henrici VIII. Imp. Bernae. VX. FER- RIACA.

NICOLAVS Canon. Virodun. & praep. S. Arnualis occ. a. 1309.

JOHANNES III. Dom. de Kirckel, 1301.

CONRADVS, Canon. Mog. Custos eccl. Argent. & praep. eccl. Spir. ac circa a. 1347. eccl. Mogunt. provitor.

FRIDERICVS II Comes Sarv. VX AGNES occ. anno 1323-1361.

JOHANNES Can. Spir. occ. anno 1351.

JOHANNA Mar. Cu- no de Fal- ckenstein.

GISELA Mar. de Dune.

LVDOVICVS II Do- minus de Kirckel, 1353 --- 1361. VX. AGNES f. Simonis Com. de Geminoponte occ. a. 1253.

JOHANNES II, Comes Sarw. 1344 sq. ante a. 1375 VX. CLARA, haeres de Vinstingen, vidua 1375.

HENRICVS II Comes Sarwerdae 1378 --- 1397. † sine haeredibus. VX. HERTZLAND, filia haeres Vrici de Rappoltstein.

FRIDERICVS Archiep. Coloni- ensis an. 1370 --- 1414.

WALPVRGIS nupsit a. 1376. FRIDERICO, Comiti in Moers, satori fam. Meursensis & novae Sarwerdanae.

HILDEGARDIS nupsit anno 1386. Jo- hanni Dom. de Limburg, ultimo fami- liae huius.

JOHANNES, Domi- nus de Kirckel, ultimus suae gen- tis † 1387. sine li- beris. VX. SOPHIA de Geroltzeck.

COMITUM HOMBURGENSESIUM IN WESTRASIA.

THEODORICUS, Comes Altimontis f. de Homberg 1172.
memoratur in dipl. Henrici VII Imp. 1226.

FRIDERICVS I, Comes Altimontis, 1251, 1262. ex haeredibus Ludovici I
senioris, Comitis de Sarwerden. Ux. IVTTA 1251.

LVDOVICVS, Comes de Hoenburg
occ. 1262-1299

PHILIPPVS armiger de Hoenberg occ.
1272 † ante 1285.

Ux. MARGARETHA de Offenstein.

CONRADVS, Armiger de Hoenberg an.
1295. Dominus de Homberg a. 1332.
Ux. MECHTILDIS, quae denuo nuplit
Reimboldo de Sarbrucken.

FRIDERICVS II, Dominus de Homberg,
a. 1332, 1343. Comes de Homberg
an. 1347.

Ux. IRMENGARD.

*

ARNOLDVS, Comes de Hom-
burg & Dominus in Vels;
occ. an. 1347-1392
Ux. SCHOENHAIT f. JENETTA.

CATHARINA,
Ux. Antilmanni
de Grafewege,
militis Burgra-
vii Beckelnhe-
mensis.

IVTTA,

Ux. N. N. de Berperg.

Eberhardus *Wiemannus*
de Gynnich, de Gynnich,
Dominus a Ber- Dominus a Du-
perg. delingen.

JOHANNES, Comes in Homburg & Do-
minus in Vels; occ. a. 1383-1420.
ultimus suae gentis.

Quorum partes castri Homburg
iure belli pacisque a 1412. factae
acquisivit *Philippus I* Comes *Naf-
sarius*, cui iam antea Johannes,
Comes ultimus Homburgensis
partem vendiderat. Reliquas ca-
stri partes tenebant Comites Vel-
dentini iure emtionis & pignoris.

COMITUM HOMBURGENSESIUM IN WESTRASIA.

THEODORICUS, Comes Altimontis f. de Homberg 1172.
memoratur in dipl. Henrici VII Imp. 1226.

FRIDERICVS I, Comes Altimontis, 1251, 1262. ex haeredibus Ludovici I
senioris, Comitis de Sarwerden. Ux. IVTTA 1251.

LVDOVICVS, Comes de Hoenburg
occ. 1262-1299

PHILIPPVS armiger de Hoenberg occ.
1272 † ante 1285.

Ux. MARGARETHA de Offenstein.

CONRADVS, Armiger de Hoenberg an.
1295. Dominus de Homberg a. 1332.
Ux. MECHTILDIS, quae denuo nupsit
Reimboldo de Sarbrucken.

FRIDERICVS II, Dominus de Homberg,
a. 1332, 1343. Comes de Homberg
an. 1347.

Ux. IRMENGARD.

*

ARNOLDVS, Comes de Hom-
burg & Dominus in Vels;
occ. an. 1347-1392
Ux. SCHOENHAIT f. JENETTA.

CATHARINA,
Ux. Antilmanni
de Grafewege,
militis Burgra-
vii Beckelnhe-
mensis.

IVTTA,

Ux. N. N. de Berperg.

Eberhardus de Cynnich,
Dominus a Ber-
perg. *Wiemannus*
de Cynnich,
Dominus a Du-
delingen.

JOHANNES, Comes in Homburg & Do-
minus in Vels; occ. a. 1383-1420.
ultimus suae gentis.

Quorum partes castri Homburg
iure belli pacisque a 1412. factae
acquisivit Philippus I Comes Nas-
sorius, cui iam antea Johannes,



AB. II.

ENSIIUM IN WESTRASIA.

Altimontis f. de Homberg 1172.
Henrici VII Imp. 1226.

1251, 1262. ex haeredibus Ludovici P
erwerden. Ux. IVTTA 1251.

PHILIPPVS armiger de Hoenberg occ.
1272 † ante 1285.
Ux. MARGARETHA de Offenstein.

FRIDERICUS II, Dominus de Homberg,
a. 1332, 1343. Comes de Homberg
an. 1347.
Ux. IRMENGARD.

INA,
ilmanni
ewege,
nigra-
elnhe-
IVTTA,
Ux. N. N. de Berperg.

Herbardus de Gynnich,
Dominus a Ber-
perg.
Wiemannus de Gynnich,
Dominus a Du-
delingen.

Do-
420.
Quorum partes castri Homburg
iure belli pacisque a 1412. factae
acquisiuit Philippus I Comes Nass-
sorius, cui iam antea Johannes,

CON
129
U
Rein

ARN
burg
occ.
Ux.